ſtitieqꝫ cauſa citanda: cur hoc pꝛedeſtinato: ille repꝛobet.
Augustinus super iohez. Auguſtino dicēte. Cur hunc trahat: hunc non trahat: no-
li velle diiudicare ſi nolis errare. nequaq̄ꝫ tamen hoc ipſo
abnuitur: quin reſtet adhuc ꝯgruitatis decētieqꝫ ratio: et

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0028-2

Qui omnia ſapienter inſtituens: attingit omnia fortiter ⁊ cuncta diſponit ſuauiter. Et vt res exemplo clareſcat. Si de his ipſis queratur rationibus vtpote cur hunc: alio reprobato: deus velit iuſtificare. reſpondebit (diuus ille Bonauentura) ad miſericordie oſtenſionem: cūq; rurſus queretur. cur non potius omnes: beneplaciti velit voluntate iuſtificare. reſpōdet ille ipſe: fieri id: ꝑ iuſtitie diuine oſtēſione: accerſito Auguſtini teſtimonio: dum ait. ſi remanerent omnes in pena: nō appareret miſericordis gratia: redimentis: ſi vero omnes: transferrerētur de tenebris ad lucem: in nullo (inquit) ſeueritas appareret vltionis: in qua propterea plures: q̄ȝ in illa ſunt: vt ſic appareat: quid omnibus debeatur. Quibus reſponſis: quis nō cernit: etſi diuine predeſtinationis reprobationiſq; non extent citāde rationes cauſales ſine meritorie: reddendas tamen (etiā Auguſtini cōuiuentia) congruitatis et decentie rationes ſed has dūtaxat genericas ac vniuerſales. quas preter ſi ſpeciatim latius diſquiratur. cur (ſimilibus duobus prepoſitis (hunc: alij preelegerit iuſtificandum. dicendū rurſus: non de eſſe quidem congruitatis et decentie: diſparis huius electionis: rationes: verum quum he multipharīā plurimeq; erga: eiuſmodi prepoſitos ſimiles: obtingere poſſint. mirū non eſt: cur nobis (qui ex rebus cognitionē accipientes hiſq; ignoratis: etiam: que hinc dinoſci debēt ignota tenem⁹), et he quoq; ignoratiſſime ſint rōes: q̄ nō niſi: vel diuinis reuelatiōib;: vel ex p̄poſitoꝝ ſimiliū cōditionib;: q̄s ſolus de⁹ intus et in cute nouit: agnoſcende exiſtāt. Auguſt. perhibēte. Nā ſicut nemo ſcit hoīm: que ſunt hōis: niſi ſpūs qui eſt in ip̄o: ita que dei ſūt: nemo ſcit niſi ſpiritus dei: proinde (adijciens) ſi ſcire non datur: quod ſupra nos eſt nec id etiam a noſtra puſillanimitate qneratur. Verum tamen nequaq̄ȝ: ob ea ꝙ ignote nobis extent perinde ac nulle exiſtant rationes infitiande ſunt. ſed potius: ſuper hoc queſito: ignorantiam audenter confeſſi:

Bonauentura diſt. q̄dragesīa. p̄mi.

Aug⁹ in d p̄deſtinatione

Auguſ. hyponoſtichon li. ſexto.

certo certius credamus: aſtruamuſqꝫ: neqꝫ diſparis illiꝰ
diuine electiōis: inter cōſimiles: deo optio defuiſſe cōgrui-
Auguſtinus ſexto hypo. — tatis et decētie rationes: adſtipulāte Auguſtino dum ait.
Ego aūt dico: quia quicquid deus agit: miſericorditer: iu-
ſte: ſancteqꝫ facit: quia ipſe ſolus preſciendo ſit: quod hō
neſciendo neſcit. Quas quidē rationes cū ob humilitatē
timorēqꝫ: erga tremendū iudicē iugiter cōcipiendū: diuꝰ
ille Paulus expeditiores nobis iudicarit ignoratas: qꝫ
ad tumorē ſuperbie agnoſcēdas. noluit ille (quas neqꝫ ip
ſe reuelatas exceperit: nec vt exciperet: efflagitauit) mor-
talibus reuelare. ſed in argumentū: hūane imbecillitatis
ſuper his queſitꝰ: potius exclamare. O altitudo (inquiens)
diuitiaꝝ ſapientie et ſcientie dei: qꝫ incōprehenſibilia ſūt
iuditia eius: et inueſtigabiles vie eius: liquido inſinuans
nō deeſſe: in p̄deſtinationis munere rationes cōgruitatis
et decētie: in vniuerſali quidē notas: in ſpeciali vero neqꝫ
Auguſ. hypo — dem requirendas. Auguſtino iteruꝫ aſtipulante. dum ait
noſtichon li. — Quia ſi ſcrutari voluerimus ſecretū dei: quod iuſtitie ipi
ſexto. — us ſolius notū eſt: cōprehendere nō valemus: ⁊ implet in
nobis: quod ſcriptū eſt: defecerūt ſcrutātes ſcrutinio: in ex
preſſā indicinā: quia ſuper has de p̄deſtinatiōis cauſalita
te: inter recenſitas: geminas: veluti extremas cōtrariaſqꝫ
ſententias: vna quedam ſit media cōſtituenda: qua citra
vtriuſqꝫ interturbationē: inter equales ratio iuſta: ⁊ intel
ligibilis: nulliuſqꝫ ſanctoꝝ authoritati: aduerſa deprehē-
di dicatur: cur hoc relicto: iſte preeligatur: abſqꝫ vicꝫ Augu-
ſtiniane ſublimis ſententie contradictione: aut nimiū in
alterā partē (eorū qui vel meritorū vel vſus liberi arbitrij
vel obicis: preſcientiā cauſantur) conceſſione. perhibētes
ſcꝫ cū Auguſtinianis: nudā dei voluntatē p̄deſtinationis
reprobationiſqꝫ cauſas: per om̄is cauſe meritorie iuſtitie
et condigni: reiectionē: nequaqꝫ vero per cōgruitatis ⁊ de
centie rationis excluſionē: cū alijs etiā rationes nectētes
quas diximus cōgruitatis et decētie. verū dū has nō niſi

vniuerſaliter cognitas perhibuimus: in ſpeciali aũt igno
tiſſimas: ⁊ ne quidez ſcrutandas: ab eiſdẽ rurſus deficimꝰ
ꝙ̃to illi: nuncupatim bonũ arbitrij vſum: vel obicis preſci
entiam: aſtruxerint: p̄deſtinatiõis et repbationis ratione͂
cauſalem. Tametſi etiã neqꝫ abnuere penitus poſſimus
quo minus: vel inter cõgruitatis decẽtieqꝫ cauſas: hec ip
ſa (vtpote: vel boni vel mali arbitrij vſus vel obicis p̄ſcien
tia) poſſit forſan penes deũ optimũ inter reliquas p̄deſti
nationis rationes: etiã cauſa cenſeri. his cũctis altioribꝫ
difficilioribuſqꝫ exiſtẽtibus: ꝙ̃ a nobis: vel inquiri vel de-
prehendi poſſit. dicente Auguſtino. In eo ergo: ꝙ alijs
eam dat (gratiam putat) alijs non dat: cur nolunt canta-
re domino miſericordiam et iuditium. cur autẽ illis poti
uſ ꝙ̃ illis detur? quis cognouit ſenſũ domini? [illegible] vis inſcru
tabilia ſcrutari valeat? quis inueſtigabilia inueſtigare? ⁊
rurſus. ſed quare illos potius ꝙ̃ illos: iterũ atqꝫ iterũ di-
cimus: nec nos piget. O homo: tu qui es? qui reſpondeas
deo? inſcrutabilia ſunt iuditia eius et inueſtigabiles vie
eius. et ad hoc adijcimus altiora te ne queſieris: et fortio-
ra te ne ſcrutatus fueris: ⁊ cetera id genus plurima: quibꝫ
aperte (id quod crebrius diximus) Auguſtinus inſinuat.
videlicet tametſi nullũ deus: niſi diuino placito: volunta
teqꝫ aut predeſtinet aut reprobet: per omnis meritorie iu
ſtitialiſqꝫ cauſe abactionem: nequaꝙ̃ tame͂ deſint cõgrui
tatis et decentie rationes ꝙ̃tũuis he nobis occulte et ne
quidem inquirende ob humiliorem in lege dei meditatio
nem: et quotidianam tremendi iuditij expectatione͂. quo
ſic tandem: vel Auguſtini inſtituto: ab extremis iſtis dua
bus recenſitis ſententijs: vna videlicet: etſi veriori: tamez
rudi popello duriori: alteraqꝫ debito largiori: ac per hoc
diui Pauli exclamationi: abſimiliori: in mediam rectius
conceſſerimus (in hoc diſceptatiõis genere) viam. ſentie͂-
dum ac (vbi liceat et expediat) populo predicãdũ: arbitra
ti. agat ille duntaxat: quod chriſtianũ deceat: quod fidei

Augꝰ in ð p̄-
deſtinatione
ſanctorum.

Intẽtio toti
us capitis ſũ
maria.

candidato ꝯgruat: hoc equidē facto (quod tñ non niſi deo admonente faciet) tū credat: intrepideq; confidat: in deo moram non fore nec fuiſſe quidem vllam: quin quod piē entiſſimum deceat conditorē: quodq; reparatori cōgruat et glorificatori munificētiſſimo: illud ſit in quēpiam: mādatis dei pro viribus obſequentem: benigniter: liberaliter q; collaturus: contuliſſeq; a ſeculis: dum citra cuiuſcūq; vel violentiam: vel iniuriam: malis reprobatis: bonos mi ſericorditer deſtinauerit ad gloriam.

# Caput Sextum.

An ad vulgus īperitū: ſint hec de p̄deſtinatiōe re probatiōeq; ꝓmiſcue predicāda: an potius ob au ditorū imperitā imbecillitatē id poſthabendum.

Aug. in li. de p̄deſtinatione ſanctorum.

Quando aūt hanc ſcribēdi prouintiam: potiſſimū: hac de cauſa: ſuſcepimus. vti orta pridem (de qua in capite) contionantium diſceptatio: tolleretur: vulgus deſperandi: aut ſegnius agendi errore leuaretur. viſo: illi exitiale: duriuſq;: q̄ ſi quiſpiam reprobatus exiſtat: q̄tumuis illud nullo ſuo fiat cōmerito: verum nudo dei placito (cui reſiſti non poſſit) debeat nihilominus: in hiehennam concedere: etiam ſi ſcaput eius nubes: dum viueret: tetigerit. aut intra ſidera celi collocauerit nidum. Quando: inquā: huius tollendi erroris gratia: potiſſimū hanc ſuſcepimus prouintiā: quod maxime nos aſſequi cō fidimus: ſi prouido vſi conſilio: nec laxe nimis: nec debito arctius: hanc materiam populo inculcauerimus. iccirco diſcriminato precedenter: quo nam pacto: cauſe p̄deſtina tionis reprobationiſq; abnuende: ac quo modo rationes congruitatis et decentie nihilominus: diuino placito vo luntatiq; in p̄deſtinando reprobandoq; aſcribēde. diſqui rendum hoc loco reſtat. Sint ne ad vulgus promiſcuum eiuſmodi de predeſtinatione reprobationeq; predicanda.

# ad vulgus

An potius maioris declinandi erroris gratia(vbi minus
comode:digeſteqꝫ dicantur)ob materie ſublimitatem:au
ditorūqꝫ in intelligendo imbecillitatem :ab inuulgando
promiſcue temperandum.in quo profecto diſſoluēdo pro-
blemate:in geminas rurſum partes ꝯceſſiſſe reperimus :
eos qui hanc nonnunq̄ꝫ theoricam verſarunt. arbitrātur
equidem quidā:omnino a tali:ad vulgus predicanda:ſb-
tili magiſq̄ꝫ neceſſaria:doctrina deſiſtendum.Tū ꝙ Gre
gorius dicat:qui in ſacro eloquio: iam alta intelligit:ſub-
limes ſenſus:coram non capientibus:per ſilentiuz tegat.
ne per ſcandalū interius:aut fidelem paruulū aut infide-
lem:qui credere potuiſſet interimat. adſtipulante etiā di
uo Auguſtino.dum et is inquit.Eſſe quedam : que in ſua
non intelligantur natura : aut vix intelligantur q̄ꝫtūlibꝫ
dicentis pleniſſime verſentur eloquio:que in populi audi
entia:vel raro:vel ſi quid vrget:vel nunq̄ꝫ omnino ſint ad
mittēda:at ex eorum numero: hanc de p̄deſtinatione re
ꝓbatiōeqꝫ extare materiā :et ſi alia pluria:id tn̄ vel maxi
me indicant:ꝙ tametſi diuus Auguſtinus ſuper hac:cōp
te:comode:copioſeqꝫ et luculenter: ſcripſiſſet. inuenti ta-
men ſunt qui(vti diximus)accepta potius q̄ꝫ data occaſi
one:eo inſolētie venerint :vt cribratis eiuſdem(in hoc de
gratia liberoqꝫ arbitrio: predeſtinationiſqꝫ et reꝓbatiōis
problemate)Auguſtini ſcriptis: immanes ſacrilegaſqꝫ et
execroſas ſe offendiſſe iactauerint:propoſitiones:quas il-
le tametſi:obiectas:adeo explicauerit:exuerit:compſerit:
vt nihil:niſi quod a ꝓprime katholicū eſt:illic e ſuo depre-
hendatur:conſequi tamen non potuit:vt errati non vehe
mentiſſime a pelagianis calūniaretur.Quod quāq̄ꝫ e di-
uerſo ſe habeat:tamē argumentum vtcūqꝫ prebet : ſatius
ab eiuſmodi difficiliū theorematū inuulgatione temperā
dum:q̄ꝫ ea extra neceſſitatē:quātalibet luce ad imperituꝫ
vulgus promulgandū.preſertim: cuꝫ nūq̄ꝫ aut rariſſime:
eiuſmodi auditores:in contione inueniantur:quibꝫ:etiaꝫ

Diuꝰ Grego
riꝰ ſuper Ex-
odū capi.21.

Auguſtinus
q̄rto d̄ doctri
na criſtiana.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0033-9

ſi modeſtiſſime: hec archana recenſeantur: illi non magis
erroris et ambiguitatis ſcopulis illidantur: ꝙ audiendo
eruditiores reddāť. nexo: ꝙ nō tāti referat hec noſſe: quin
(vbi alioquin diuinis pareať mādatis) etiā his neſcitis:
ſalus adipiſcať. pari eo: de hac p̄deſtinationis reprobatio
niſqꝫ ſblimitate inuulgāda ſit nec ne ꝓblemate exiſtēte
quale olim: ſub arrianis de perſonaꝝ erat cōſubſtātialita
te: qđ pari lege. diuus Cōſtantinus veluti chriſtiano dog
mati minꝰ neceſſariū inuulgari vetuit: inuulgatūqꝫ eger
rime tulit: vt ſequentibꝫ inſinuauit. dū ad lineam ſcripſit
hoc itaqꝫ: neqꝫ reqrere dignū eſt: neqꝫ de talibꝫ rn̄dere que
rētibꝫ. hmōi em̄ queſtiōes: que non legis cuiuſdam nc̄ita
te ꝓponūtur: inutilis vacatiōis tēpus exquirūt: ⁊ licꝫ cau
ſa cuiuſdā naturalis exercitij fiat tn̄ debemꝰ eas: intra ſe
ſū claudere: ⁊ nō ꝓmpte in publica contiabula deportare
nec oīm oculis incōſulte ꝯmittere. quantꝰ eſt em̄ (adijcit)
vnuſqſqꝫ hoꝝ: vt poſſit ita magnarū rerū: ⁊ valde difficili
um: ꝟtutē: aut ad perfectm̄ inſpicere: aut interp̄tari digne
aut ſi qs hoc facere: difficillie tn̄: poſſit: q̄nte parti ppli ſua
debit. his (Cōſtātinꝰ iperator) īſinuat: ſatius et has de cō
ſbſtātialitate p̄deſtinatiōeqꝫ q̄ſtiones occulere: ꝙ ad vul
gus ꝓmiſcuū ſpargere. qđ et nos experimēto: in hac ip̄a: p̄
dicatorū de q̄ loqmur diſceptatione: dep̄hendimꝰ. eouſqꝫ
erroꝝ tn̄ ppl'm euectū offendētes vt publica iactaret voce
per auras: amodo illis: nec orādū: nec ieiunijs: aut ele mo
ſinis īdulgēdū: fruſtra ei id fieri: de eis iā a ſecl'is ꝯſtituto
vti vl' celos ꝯſcēdāt: p̄deſtinati: vl' ad orcū mittāť preſciti
nec id quidē dūtaxat veꝝ dū diuerſā cōtionatoꝝ ſniaꝫ: q̄ſ
qꝫ auditorū (vt aſſiticbať) tueri vult atꝫ defēdere: ab voce:
ad arma deueniť: ⁊ niſi pietate ꝯuis: ⁊ meritis vir qdā: tū
cōſcenſo ſugeſto media quadā illos via incedere: docuiſſet
ſeuire animis: nō ceſſauiſſet ignobile vulgus. ꝙto ergo ſa
tius arbitrādū: ab hmōi: ſublimi re: in ambiguū ſpargēda
temperandū ꝙ ſub auras audatius vulgandum.

## Caput Septimum.

Q; e regione nō ſit a p̄dicando de p̄deſtinatione:
& p̄ſcientia tēperandū. imo potius Auguſtini in
ſtitutis ac iuſſu publice ī ecl'ie cōuētu p̄dicandū.

S Ed predictis minime aīaduerſis: non deſunt: e re
gione alij. qui aſtruāt penitus nō eſſe: ab hac iuul
ganda p̄deſtinatiōis reprobationiſq; ſublimitate
temperanduz. Quin potius diui Augſtini inſtitutione et
iuſſu publice in ecleſie cōuentu: de hac predicandū. Idq;
eo magis. q̄ diuus ipſe Auguſtinus: quibuſdā: hanc illam
taciturnitatē: ob erroris metū: perſuadentibus: cōtrariuz
ſuaſit et precepit: et quidē nūcupatim: in hec verba. Sed  Aug⁹ d̄ bono
aiūt (vt ſcribitis) neminē poſſe correctionis ſtimulis exci  perſeuerātie
tari: ſi dicatur: in conuentu ecleſie: audientib⁹ multis. ita  capite 15.
ſe habet de p̄deſtinatiō. diffinita ſententia: volūtatis dei
vt alij ex vobis de infidelitate: accepta obediendi volūta-
te: veneritis ad fidez: vel accepta perſeuerātia maneatis ī
fide. Ceteri vero: qui in peccatorū delectatione remorami
ni. ideo nō dū ſurrexiſtis: quia ne dum vos adiutoriū gr̄e
miſerētis erexit. verū tamē ſi qui eſtis: ne dū vocati: quos
gratia ſua predeſtinauerit eligendos: accipietis eandem
gratiā: qua velitis ⁊ ſitis electi. et ſi qui obedietis: ſi prede
ſtinati eſtis reijciendi: ſubtrahentur obediedi vires vt obe
dire ceſſetis. Iſta cū dicunt: ita nos a cōfitenda gratia: q̄
nō ſcd̄m merita noſtra detur: ⁊ a cōfitenda ſcd̄m eam pre-
deſtinatione ſanctorū deterrere nō debēt. Sicut nō deter
remini a cōfitenda p̄ſcientia dei: ſi quis de illo p̄plō ſic lo-
quatur et dicat. Siue nunc recte viuatis: ſiue nō recte: ta
les vos eritis poſtea: quales vos deus futuros eſſe p̄ſciuit
vel boni ſi bonos: vel mali ſi malos. Nunquid em̄ (adijcit
Auguſtinus) ſi hoc audito: nōnulli in torporē ſegnitiez;q;  Aug⁹ li. d̄ bo
vertātur: ⁊ a labore p̄cliues ad libidinē: poſt ↄcupiſcētias  no perſeue.

ſuas eant: ꝓpterea de preſcientia dei falſū putandū eſt eſſe quod dictū eſt: nonne ſi deus illos bonos futuros eſſe preſciuit: boni erūt: in quantalibet nūc malignitate verſent̄. ſi aūt malos: mali erūt: in quātalibet nūc bonitate cernāt̄ nunquid (ſbijciens) ergo ꝓpter hmōi cauſas: que de pſcia dei vera dicūtur: vel neganda vl' tacēda ſūt: tūc ſcꝫ: quādo ſi nō dicant̄: in alios itur errores. perinde dicat diuus Auguſtinus. neqꝫ vbi tacendo error ingrueret: ab inuulgando tēperandū. quod iuſequenter latius ediſſerēs ſbnectit

Augꝰ ꝺ bono perſeue. c. 20. Quāobrē (inqens) ſi ⁊ apl'i et doctores eccl'ie: q̄ eis ſucceſſerūt: eoſqꝫ imitati ſūt: vtrūqꝫ faciebāt: id ē: ⁊ dei grāꝫ q̄ non ſcdm merita nr̄a datur: ꝓaciter pdicabāt: et piā obediētiā pceptis ſalutaribꝫ inſtruebāt: quid eſt: qꝛ iuncta violentia ꝓitatis: recte ſe iſti nr̄i dicere exiſtimāt. et ſi verū eſt: quod de pdeſtinatiōe dicitur: nō eſt tamē populis predicanduꝫ predicandū eſt ꝓrſum: vt qui habet aures audiēdi audiat ⁊c. Quibꝫ ſatis ſuperqꝫ liq̄re arbitrant̄ etiā Auguſti. ſniā: de pdeſtinatiōe paſſim: ac vndiquaqꝫ eſſe: nullius vl' erramēti vel ſcandali capta curataqꝫ occaſione: pdicandū. cū

Augꝰ li. ꝺ bono perſeuerātie ca. 16 ille veluti lege ꝯſtituerit. Qꝛ quotiēs ita res ſe habet: vt fiat peior nobis eam dicentibꝫ: ille qui capere nō poteſt: nobis aūt tacentibꝫ: ille qui poteſt: dicendū magis verū eſſe: vt qui poteſt capere capiat: qꝫ tacēdū: vt nō ſolū id ambo nō capiāt: verꝫ etiā: q̄ eſt intelligentior ipſe fit peior: qui ſi audiret: ⁊ caperet: per illū etiā plures diſcerēt. predicāda ergo ē: iſtoꝝ ſniā: vulgo pdeſtinationis repbationiſqꝫ (ita vt eſt) qꝫtūuis dura intellectuqꝫ difficilis: definitio cōtra precedentis capitis inducta monumenta.

## Caput Octauum.

Quo nā ſcemate: q̄bus verbis: quoue moderamie ſit hec pdeſtinatiōis repbatiōiſqꝫ difficultas Auguſtini inſtituto: in vulgus declamanda.

A T qui:nedū diuus Auguſtinus. ad vulgus contio
nandā materiā p̄deſtinationis diffiniuit:ſed etiā
qua modeſtia: quo ꝟboꝝ ſcemate:id comodius fie
ret exemplis preſcripſit atq; erudiuit. proſpero hilarioq;
ep̄is ſuper hmōi problemate ſit ne p̄dicanda p̄deſtinatio
ambigentibus reſpōdens in hec ꝟba. Quāuis ergo (inqui — Aug⁹ d̄ bono
ens) ita ſe habeat de p̄deſtinatiōe definita ſentētia volū- perſeuerātie
tatis dei: vt alij ex infidelitate accepta volūtate obediēdi capite 22.
cōuertantur ad fidē vel perſeuerēt in fide. ceteri vero: qui
in pctōꝝ dānabiliū delectatione morātur ſi ꝛ ipſi p̄deſti-
nati ſunt. ideo nō duz ſurrexerūt: q2 nō dū eos adiutoriuz
miſerentis gratie erexit. ſi qui em̄ nōdū ſūt vocati: quos
gr̄a ſua p̄deſtinauit eligēdos accipiēt eandē gr̄az: qua ele
cti velint eſſe: et ſint. ſi qui aūt obediūt: ſed in regnū ei⁹ et
gl'az p̄deſtinati nō ſunt: tēporales ſūt: nec vſq; in finez in
eadē obediētia permanebunt. Quānis ergo: hec vera ſint
(inquit Auguſt.) nō tū (ſubicit) iſto modo dicenda ſūt au-
dientibus multis: vt ſmo ad eos ↄuertatur. ſed modo iſto
Ita vicz ſe habere de p̄deſtinatiōe: definitā ſentētiā volū
tatis dei: vt ex infidelitate venientes ad fidē accepta volū
tate obediendi: et accepta perſeuerantia maneatis in fide
Siqui aūt adhuc in pctōꝝ damnabiliū delectatione re-
moramini: appꝑhēdite ſaluberrimā diſciplinā. quod tū cū
feceritis: nolite extolli: q̄ſi de operib⁹ vr̄is: aut gloriari: q̄ſi
hoc nō acceperitis: deus em̄ eſt: qui operatur in vobis vel
le ꝛ perficere: ꝛ operari: ꝓ bona volūtate: et a dn̄o greſſ⁹ vr̄i
dirigant̄: vt eius viā velitis: ꝓ ipō aūt curſu vr̄o bono rec
toq;: cōdiſcite vos ad p̄deſtinatiōez diuine gr̄e pertinere.
hec ſūt Auguſt. ꝑmo loco ꝟba: quib⁹: quo mō eloquēda ſūt
ſuper quib⁹ ambigit̄: explicat. ſubnectens nihilominus ꝛ — Eod̄ cap. 22.
hinc ꝓ alteri⁹ quoq; ꝓpōis declamāde ſcemate: eloquēdi-
q; tipo: ad lineā ꝟba iſta. rurſ⁹ ꝛ ſi q̄ ſūt nōdū vocati: ꝓ eis
vt vocēt̄: orem⁹. fortaſſ̄ ei: ſic p̄deſtinati ſūt vt nr̄is orōib⁹
ↄcedāt̄: ꝛ accipiāt eādez gr̄az: q̄ velint: atq; efficiāt̄ electi.

Et inſuper tertiã quoq; explicaturus particulaꝫ:ſubicit.
Eod cap.22 Si qui aũt(inquiens)obediunt:ſed in regnũ eius ⁊ glori
am predeſtinati non ſũt:tẽporales ſũt;: nec vſq; in finem
in eadem obedientia manebunt. nexo tamẽ hãc de plano
ita vt iacet:non eſſe p̄dicandã.ſed potius in tertia perſõa
loquendũ. Inquiens Mõne et verius eadẽ res et cõgruẽ-
tius dicitur:q̄ vt non ipſis tantũ malũ: tanq; optare vi-
deamur:ſed de alijs referre:quod oderint. nec ad ſe exiſti-
mẽt pertinere:ſperãdo:orandoq; meliora. nectens latius
Illo aũt mõ:quo id dicendũ putãt eadẽ ſnĩa eiſdem pene
vbis:etiã de preſcientia dei:quã certe negare nõ poſſũt,p
Eod cap.22 nũtiari poteſt.vt dicatur.Et ſi qui obedietis:ſi p̄ſciti eſtis
reijciendi:obedire ceſſabitis.nempe(ſubijciens)hoc veriſſi
mũ eſt:ita ſane:ſꝫ imꝓbiſſimũ:ĩportuniſſimũ :incõgruen-
tiſſimũ:nõ falſo eloq̃o:ſꝫ non ſalubriter valitudini hũane
infirmitatis oppoſito.nedũ q̃ Auguſtinꝰ vt p̄deſtinatio p̄
dicaretur iuſſit: ſed quo etiã mõ comodius p̄dicaret̃ inſti
tuit:quoꝝ ꝓmũ aploꝝ exemplo iubẽdũ putat. ſcõm vulgi
Augꝰ li. d bo no perſeuerã tie ca.14 caritas ſuaſit.ait em̄.vtilitati predicatiõis: neq̄q; aduer
ſã cenſeri predeſtinatiõis definitionẽ.Tũ q doctor gẽtiũ
in fide ⁊ vitate predeſtinationẽ totiẽs ꝯmẽdauit:et tamẽ
verbum dei predicare non deſtitit.ſcripſit ille quia deus ẽ
qui operatur in nobis et velle et operari pro bona volũta
te ſua:et tamen hortari nõ deſijt:vt que deo placeãt:ope-
Johis 14. remur:ait criſtus.Creditis in deũ et in me credite.nec ta-
men falſa eſt eius ſententia:nec vana definitio.vbi ait. ne
Johis ſexto mo venit ad me:id eſt nemo credit in me: niſi fuerit ei da-
tum a patre meo.nequaq; ergo concludit idem Aurelius
nec predicationi:nec preceptioni:exhortationi: correctio-
niq;(que omnia freqnẽtat ſacra ſcriptura) exiſtimãda eſt
inutilis eſſe predeſtinationis definitio.non eſt ergo inter
mittenda:ſed iuſto moderamine populo:inuulganda.

## Caput Nonum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0038-7

# De predeſtinatiōe predicandū

Qꝫ ſicut in predeſtinationis:reprobationiſqꝫ cau
ſis reddendis:ita in eiſdem etiam ad vulgus cōtio
nandis : media quadam via inter extremas cauti
us extet incedendum.

VErum:cum nos precedenter: in diſſoluendo ꝓble-
mate.cauſe ne quedā aut rationes diſquirende eſ-
ſent:cur deus hoc reprobato:hunc predeſtinet: an
nuda illud volūtate beneplacitoqꝫ egerit:nullius nec cau
ſe:nec rationis:habita conſideratione : id obſeruauerimꝰ
vt recēſitis vtriuſqꝫ ſētētijs:ab eiſdē:citra cuiuſpiaꝫ inter-
turbationē:veluti extremis:in mediā quandā ꝯceſſerimꝰ
viā.Cū ꝑmis:vicꝫ arbitrij:vel obicis p̄ſcientiā:cauſā aſtru
entibꝫ:aliquod quidē ratiōis loco: in vniuerſali quidē no-
tū:in particulari vero(nō preuiſū arbitrij vſū vel obicis in
uentionē nūcupatim vt illi)ſed quiddā tn̄ cōgrui decētis
qꝫ:ſed illud ignoratiſſimū ⁊ ne quidē a nobis diſquirēduꝫ
aſſerentes.cū ſecundis vero:nudā dei volūtatē ⁊ benepla-
citū hmōi p̄deſtinationis reprobationiſqꝫ cauſā aſtruēti-
bus:iuſtitie q̄deꝫ ⁊ meritoriā:cōdignitatiſqꝫ cauſas :nega
uerimꝰ.cōgruitatis ꝓ decētieqꝫ ratiōibꝫ:quibus deꝰ nū-
q̄ꝫ vacat:inherendū aſtruxerimꝰ: quo ſic nec ab auguſtia-
na nos deficeremꝰ vera:ſed ſblimi volūtatis diuine:ꝑ cau
ſa:aſſignatione.nec ad alios ꝯcedētes:plus debito:⁊ ſi nō
re ipſa:tn̄ ſpecie quadā:pelagiane(nimiū nature tribuen
ti)videamur arridere:erronee opinationi.cū inq̄ꝫ:in ꝑmo
de cauſis predeſtinationis reprobationiſqꝫ diſq̄rendis ꝓ-
blemate media inceſſerimꝰ via:reſqꝫ:nequeūt melius ſoli
diuſqꝫ explicari:q̄ꝫ vbi a cauſis ipſis:exꝑmēdi modus de-
ſumitur atqꝫ mutuat̄. Cōſētaneū certe arbitramur vt et in
p̄dicandi mō: quo ad vulgus p̄deſtinatiōis reꝓbatiōiſqꝫ
materia vulget̄:media q̄dā: inter vtraſqꝫ ſniās(quibꝫ hic
quidē p̄dicari vetuit:ille aūt ꝓpenſius voluit et iuſſit)via
deligat̄: delectaqꝫ teneatur: Iſta vicꝫ: vti ſi res poſtulet:

D

nec vꝛgeat neceſſitas nō eſſe ad vulgus: de huius ſublimi
tate: p̄dicandū: vbi vero vel vtilitas ſuadeat: aut inuſtet
nec̄citas (vti dū pelagiana graſſabatur hereſis) tū eſſe neq̄
q̄ꝫ id poſthabēdū: ſed digeſte: meditateqꝫ ſub quodā velu‑
ti ſcemate preſtituto: ad imperitā etiā vulgi colluuiē cō‑
tionandū. dehoꝛtatur quippe a dicendo: ſuadetqꝫ tacitur
nitatē. idipſū ꝙ tāetſi diuus ille Aurelius luculentiſſime
digeſteqꝫ ac katholice: ꝯtra pelagianos diuerſiſqꝫ libꝛis (ad
hoc peculiariter deſtinatis) de hac p̄deſtinatiōis et repba
tionis: liberi arbitrij et gratie materia modū quo ſe cōpa‑
terentꝫ: ⁊ intelligendi: ⁊ ad vulgus declamādi: perſtrinxiſſꝫ
vt merito nullius ille calūnie patere debuiſſet. tñ inuenti
ſūt heretici: qui deſūptis ex ſblimitate rei: errādi argumē
tis: ex Auguſtini hac ſnīa: ſedecim partim ſacrilegas: par‑
tim plaſphemas: decerpſiſſe ſe iactant ꝓpōes: quas tñ ille
(vt in calce reuidetur) ita diſiecit: vt nulla erroꝛis nota in
urendus liquido cernatur: quale ſi: clariſſimo: doctiſſīo:
oīa terſe pollite: comode cōpteqꝫ ⁊ katholice digerēti: ediſ
ſerētiqꝫ tāetſi iniuria) obtigerint. quid mirū: ſi ad tacen
dū: q̄ꝫ loquēdū ſim⁹ in hac p̄deſtinatiōis ſblimitate (nos
balbi alioquin) ꝓpenſioꝛes: ne nobis incauti⁹ blaterātibꝫ:
vere obiectetur: qd̓ tāto ecleſie ſideri īuidēter: calūnioſeqꝫ
eſt aſſcriptū. maxīe cū et ipſe vbi ſuū p̄dicandi modū per‑
ſtrinxiſſꝫ: ⁊ quo moderamīe ad vulg⁹ cōtionādū: edixiſſꝫ:
tādē ob vulgi imperitā ebetudinē: deterioꝛa verit⁹: p̄ſcrip
tū ſuū ꝯcionādi ſcema (niſi quodā adauctario moderare‑
tur) ſemetipō velut inſuffitiētie accuſaturus: ſuperadijcit
Aug⁹ li. d̓ bo no perſeuerā tie capite 22. hec ad lineā v̓ba: illū etiā modū: quo vtēdū eſſe in p̄deſti‑
natiōis p̄dicatiōe: nos diximus: loq̄nti ad ꝑplm̄ nō exiſti
mo debere ſufficere: niſi hoc vl̓ hmōi: aliquod addat: vt di‑
cat vos itaqꝫ etiā ipā obediēdi perſeuerātiā (nā de ea ſer
monē texuit) a pr̄e luminū: a quo deſcēdit om̄e: datū opti‑
mū ſperare debetis: ⁊ quotidianis orōibꝫ poſcere: atꝫ hec
faciendo: ꝯfidere: non vos eſſe: a p̄deſtinatiōe ꝑpl̓i ei⁹ alie

# ſed nõ niſi dũ exigit neceſſitas

nos qꝛ etiã hoc vt faciatis ipſe largitur. abſit aũt a vobis: ideo deſperare de vobis: qm̃ ſpem veſtrã: in ipſo habere iubemini: nõ in vobis. maledictus em̃ om̃is hõ: qui ſpẽ habet in hõie. et bonũ eſt cõfidere in dño: ꝛ beati omnes qui cõfidũt in eũ: et hãc ſpem tenẽtes: ſeruite dño in timoꝛe: ꝛ exultate ei cũ tremoꝛe: qm̃ de vita eterna: quam filijs pꝛomiſſiõis pꝛomiſit nõ mẽdax deus: ante tẽpoꝛa eterna nemo põt eſſe ſecurus: niſi cũ cõſumata fuerit iſta vita: que tẽptatio eſt ſuper terrã: ſꝫ faciet vos perſeuerare vſqꝫ in vite finẽ: cui quotidie dicimꝰ: ne nos inferas intẽtationem Cernis: lectoꝛ tot tãtaqꝫ tãti doctoꝛis ꝟba: quibꝫ: niſi quodã q̃ſi coꝛollario ꝑſcriptus: ab eo de pꝛedeſtinatiõe: declamãdi modus: ꝯdiatur: ꝯpleaturqꝫ: inſufficiẽtẽ: illũ: metipſe ꝯfitetur: q̃les aũt: quãtiue ex nr̃i eui declamatoꝛibꝫ ſũt qui vbi etiã ãuguſtinianũ hũc ꝑdicãdi modũ: inter cõtionãdũ: ſectẽtur: hoc coꝛrolariũ adijcere frugaliter poſſint: aut quot etiã ex vulgi colluuie offẽdes: q̇ id etiã eo ſenſu quo ab Auguſtino ꝯmemoꝛatũ eſt: ĩtelligãt: vt nõ magis perplexi reddãt̃: nõ ſatis ĩtelligẽdo q̃ꝫ ꝯpungãt̃ audiẽdo: q̃nto g̊ ſatius extat: ab hoc ſꝑblimi dicẽdi gn̄e tẽperãdũ: qꝫ in euẽtũ aleã iactãdã: verũ: ꝙ e regiõe: etiã ĩminẽte nccitate: nõ ſit ab inuulgãdo ſiſtẽdũ. ipa eiuſdẽ nobis diui Auguſtini auc̃tas ſuadꝫ: dũ peculiariter ad hoc deſtinato capitis q̃rtidecimi de bono perſeuerãtie titulo (ꝙ nõ ſit vtilitati ꝑdicatiõis: aduerſa ꝑdeſtinatiõis definitio) citato etiã adhoc Cipꝛani teſtimonio: pꝰ m̃lta ſubicit: nec ꝑdeſtinatõis igit̃ ꝑdicatõe: ĩpediẽda ẽ ꝑdicatio fidei perſeuerãtis ꝛ ꝓficiẽtis: vt qđ opoꝛteat: audiãt: ꝛ q̇bꝫ datũ ẽ: vt obediãt. nec rurſꝰ ꝑdicatõe fidei pꝛoficiẽtis ꝛ vſqꝫ ad vltimuꝫ permanẽtis: ĩpediẽda ẽ ꝑdicatio ꝑdeſtinatõis: vt q̇ fideliter ꝛ obediẽter viuit: nõ de ipa obediẽtia: tãqꝫ de ſuo nõ accepto bono extollat̃. Exploꝛatũ itaqꝫ habe: o declamatoꝛ ĩ hoc ꝑdeſtinatiõis vulgãdo miſterio: media incedẽdũ via. vti ſcꝫ: dũ vꝛgeat nccitas: vł ꝑſtãs ĩuitet vtilitas ad vulgꝰ

Augꝰ li. d bono perſeuerãtie capite. 14
Ciprianus martir.

predicet̃:vbi v̾bo nõ niſi arrogãs titillauerit curioſitas:di-
gito labꝫ cõpeſcat̃. ne ꝓiectis ampullis et ſeſquipedalibꝫ
v̾bis: dũ nimiũ multa ſciſſe videri vis:audias.ſi tacuiſſes
phus fuiſſes.verũ nũc que nã ſit iſta: etiã declamationis
via media?quis p̄dicãdi modus?vulgo(nr̃a opinatione)
intelligibilioꝛ neqꝫ tamẽ vel diui Auguſtini vel cuiuſpiaꝫ
ſctõꝛũ inſtitutis repugnãtioꝛ:eodẽ etiã Auguſtino :vt in-
fra docebimus:iubente:ſubnectemus.

## Caput Decimum.

Nuncupatim exprimit̃ modus: quo intelligibili
us(vbi neceſſitas vrgꝫ: aut ſuadꝫ vtilitas)ad vul
gus iperitũ: hec p̄deſtinatiõis materies declamet̃

Quanqꝫ igit̃ nõ ſit nr̃i inſtituti:quẽpiã doctoꝛũ di-
uo p̄ferre Auguſtino:nec eius digeſtũ:veriſſimũ:⁊
oĩm calũnia ſuperioꝛẽ: ad vulgus ꝯtionãdi modũ
vllius imbecillitatis:aut ſuperuacanei:aut neglecti accu
ſare. Tamẽ dũ iſte altioꝛ ſ͛blimioꝛ ſubtilioꝛqꝫ exiſtat:quã
quẽ:noſtri cui:huiuſqꝫ hirti ſeptẽtriõis anguli:ruſtica pu
bes:ebeſqꝫ plebecula ꝯplecti poſſit.nos aliũ:ſꝫ demiſſioꝛẽ:
ac per hoc intelligibilioꝛẽ:a perplexitatis ſcrupulis diſtã-
tioꝛẽ ſ͛bnexuri:p̄monem⁹ ꝑmũ cũctos q̇ hãc p̄deſtinatõis
farraginẽ aliqñ p̄dicandã ſuſceperint:vti tẽperent:ab hoc
vel ſimili coꝛreptioꝛi:conciſo:obſcurioꝛiqꝫ:q̄ꝫ par eſt:dicẽ-
di ſtilo: quo nudã dei volũtatẽ vel eiuſdẽ beneplacitũ ꝯci-
ſe:abſoluteqꝫ vel ſui vel alterius:ꝑmiſcue repbatiõis p̄de
ſtinatiõiſue cãꝫ nectant:diſſerẽdo ac per pulpita clamitã-
do:eſſe a ſeculis quoſpiã vel p̄deſtinatos ad gloriã vl̾ p̄ſci
tos in hiehẽnã:⁊ id q̇dẽ nudo dei beneplacito:nudaqꝫ vo-
lũtate:a q̇bus nec deſciſtere phas ſit:volũtati eius nemĩe
reſiſtere potẽti.nera etiaꝫ rõe:ꝙ hec dei voluntas: oĩm ſit
cauſarũ rationũqꝫ ⁊ cauſa ⁊ ratio:ob ſũmã ipi⁹ rectitudi-
nẽ:qua nõ ſolũ recta ſit:ſꝫ ⁊ aliarũ volũtatũ regl'a:cuilibꝫ

intelligibilioꝛ p̄dicādi mod⁹ inſtitu

de cauſa interrogāti: vice rn̄ſi: ſuffitiēs: atqꝫ habūde ſatiſ-
faciens. tēperent (inquā) p̄mū ab hac: cōciſa ſublimiqꝫ di
cendi foꝛma. tū ꝓpterea ꝙ ipſe quoqꝫ Auguſtin⁹ hūc dicen
di modū cōciſioꝛē debito arbitratus: appēdicē neceſſario
nectēdū admonuit: vti p̄cedēti capite ex eiuſdē ꝟbis recē-
ſimus. tū vel etiā ideo: ꝙ ita loq̄ntibus (dū cōiectantur ſe
magnificare diuinā volūtatē) cauendū ſuadet Bonauen
tura: ne diuine poti⁹ detrahāt derogētqꝫ maieſtati. nā ſi
alia cauſa rōqꝫ nō extat: cur hūc deus eligat: hūc reꝓbet?
niſi qꝛ ſibi placet. nō erūt (adijcit idem doctoꝛ) hoc mō oc
culta: ſꝫ magis manifeſta (ꝯ aplicā exclāmationē) dei iu-
ditia: quolibꝫ hāc rationē facili vel intelligēti vel pꝛoferē-
ti: vel interrogāti: reddere potēti: ſicqꝫ nō mirabilia inſcru
tabiliaqꝫ: ſed volūtaria potius dicētur dei opera. q̄ꝫto er-
go rectius dicēdū. ꝙ tāetſi: pꝛeter diuinā volūtatē: eiuſqꝫ
beneplacitū: nō ſint p̄deſtinationis vl' repꝛobatiōis cauſe
motiue: equitatis ⁊ iuſtitie: meritoꝛie ⁊ condignitatis ob
q̄s mota diuina volūtas: hoc electo: illū deſerat: vti Augu
ſtini poſcit ſn̄ia: cū illud vt pꝛedeſtinet̄: mere ḡtuitū ex̄ns
om̄e anteuenerit ⁊ meritū: nec cuiq̄ꝫ ſit debitū: vt id ſi nō
obtingat: iccirco dicatur īiuſtū. tn̄ cū volūtas dei ſit rōna
biliſſima: neq̄q̄ꝫ defuerit: deo ab eterno cōgruitatis et de-
centie ratio: cur hūc reꝓbet: hoc p̄deſtinato: de quib⁹ ſi nū
cupatim etiā queratur: q̄ nā ſint? reſpondēdū in vniuer
ſali eas notas: in particulari ne quidē requirēdas: ꝙ he il
le ſint de quib⁹ dicit̄ inſcrutabilia iudicia eius ⁊ inueſtiga
biles vie eius: ⁊ quis nouit ſenſū dn̄i: q̄ſue ꝯſiliarius eius
fuit: ⁊ cetera id genus plura: que diuus Paulus cōmemo
rat: nō ꝓfecto: qꝛ nulla ratio exiſtat illi⁹ qđ deus rōnabiliſ
ſime agit. ſed ꝙ hanc (dū ſupꝛa veſcimur aura: erramuſqꝫ
hoc ſub crepero lumine) inuenire neq̄q̄ꝫ valeam⁹. adhoꝛ-
tetur igitur his p̄miſſis pplm̄ concionatoꝛ. vti decēter cō-
grueqꝫ pꝛo diuinoꝝ̄ diſpoſitiōe mādatoꝝ. ꝓ eccleſiaſticis
inſtitutis vt veri fidei cādidati. chꝛiſtianiqꝫ: viuāt: māda

Bonauentura diſt. q̄dra-
geſia pꝛimi.

## neqꝫ ab Auguſtino abhorrens

tis dei parcāt execrent̃ turpia: ꝓſequātur: pro viribus me
ritoria opera: hincqꝫ: nꝰlatenus: ob vllius vel p̄deſtinatio
nis vel reꝓbatiōis: archanū: aut cuiuſuis arctiꝰ vel obſcu
rius interp̄tamētū: interturbētur. ambigātqꝫ: quin facien
tibus quod in ſe eſt: ac per hoc ſe deo: decenter ꝯgrueqꝫ de
dicātibꝫ: deꝰ ab eterno eos p̄deſtinādo illꝰ p̄ordinauerit id
quod nemini nec iniuriū nec iniquū exiſtat: quodqꝫ deuꝫ
optimū deceat: et pientiſſimo cōgruat parenti: qui longe
pluris eſt ad miſerēdū: et parcendū q̄ꝫ vindex acer ꝓpēſuſ
qꝫ ad cōdemnādū. ſicqꝫ cōpoſiti predicatores: cū apoſtolo
potius ſermonē finiāt (dū ſuadet: ſubditū eſſe debere oēꝫ
mūdū deo: cuius iuditia nō ſūt ſcrutibilia: ſed formidoloſa: et ſub ſilentio veneranda) q̄ꝫ quicpiā temere indigeſte:
lariuſqꝫ: in deſperationis aut ſegnitiei argumentuꝫ rudi
popello: ingerant. Cum etiam hoc dicendi ſcema Anguſti
nus ne dum non reprobet: ſed ſub vocabulo iuditiorū oc
cultorum: inſcrutabilis conſilij: totiens cōmemorati eiuſmodi (quas dicimus) cōgruitatis decentieqꝫ rationes cō
prehendi inſinuat: dum ad lineam inquit cum illo ergo:
quando de talibus: queritnr: admiremur: et manente ſen
tentia: ꝙ nō ſit iniquitas apud deū: ſi quid eſt: illud quod
queritur: quod modum noſtri ſenſus: excesſerit: et intellec
tus noſtri: non dignatur anguſtias: in illa iuſtitie miſericordie preſcientieqꝫ diuine plenitudine permanere: incō
cuſſa equitate fateamur. ne de ſuperioribus diuine volun
tatis archanis: aliter q̄ꝫ modus conditionis noſtre patit̃
diſputantes: dei iuſtitiam relinquamus: et noſtram ſtatu
ere cupientes: in yma contumatie voragine decidamus.
Quibus verbis quid apertius q̄ꝫ illum non congruitatis
et decentie ſed cauſas abnuiſſe meritorias condigni et iu
ſtitie cui neqꝫ ſententie ea que in de predeſtinatione ſanc
torum verba: ſcripſit: inquiens. Non quia tales nos futu
ros preſciuit: elegit: ſed vt tales eſſemus elegit: nec deniqꝫ
alijs in locis ſimilia. nec diui quidez Pauli de lutifigulo

Verba Auguſtini.

Obiecta diſſoluuntur.

# nec a veritate

queſtio:obſiſtunt.nam nuſq̄ꝫ in eiſdem: congruitatis decē
tieq̄ꝫ cauſe eliduntur nec ꝙ diuus Paulus ait. Nuquid
dicit figmentum ei qui ſe fingit:quid me feciſti ſic.an non
habet figulus poteſtatem ex eadem maſſa facere aliud q̄
dem vas in honorē aliud vero in contumeliā. illic ſcilicet
pro ratione placito aſſignato : ſententie noſtre obſiſtunt:
Nā tametſi:hac interrogatione: rationē aliā nō exp̄mat
neq̄q̄ꝫ tñ id abnegat aut inficiatur.neq̄ꝫ enī( ait Bonauē
tura )oīa ſcripta ſūt:ſed ea dūtaxat: q̄ nobis accomoda
extant:vtile aūt fuit ſcire q̄ ſūma cauſa ratioq̄ꝫ p̄deſtina
tionis eſſet diuinū placitū: vt diſceremꝰ eū timere:⁊ meri
ti nobis nihil aſcribere.quo tñ reſcito:nō abunitur:nō ſub
eſſe cōgruitatis et decētie rationes:ob q̄s placuerit altiſſi
mo:ante mūdi cōſtitutionē hoc reprobato: hunc predeſti
nare:que cōgruitatis rōnes:cū nobis occultiſſime ſint:ve
tant:ne vel aſtruamꝰ vel inficiemur:meritoꝝ p̄ſciētiā: vt
boni vſū arbitrij:vel nō obicis inuētionē (vti precedenter
dictū) quāto hec preuiſe ſint:predeſtinandi eſſe rationes
quas cum nūcupatim:priores:a nobis recenſiti authores
pro cauſis expreſſerūt:videntur laxius debito loquuti. id
exp̄mentes:qđ aplus Auguſtinuſq̄ꝫ occultiſſimū appella
runt et inſcrutabile:dicente poſt oēs:retractationes ſuas
Auguſtino:ꝙ p̄ponit deꝰ ⁊ elegit ⁊ rep̄bat veritate certiſ- Augu.verba.
ſima:et a noſtris ſenſibꝰ remotiſſima. quibus Bonauētu- Bonauentu
ra ſubicit. ideo hāc neminē debere diſquirere ꝙ eā in hac ra diſt.q̄dra-
vita nequeamus inuenire:et ideo in noſtri intellectus in- geſia primi.
ſufficientie cōteſtationē ſermo p̄deſtinatiōis exclamādo
claudēdus exiſtat:vt obſtruat omē os:⁊ ſubditus fiat om-
nis mūdus deo:cuiꝰ iuditia nō ſūt ſcrutabilia: ſed formi-
doloſa:ſub ſilentioq̄ꝫ venerāda. Modum ergo habent con
tionatores:quo inter vtroſq̄ꝫ:et Auguſtini ſublimiorem ⁊
aliorū ſententiā laxiorem:medio veluti delecto:pplo nun
cient nō eſſe p̄deſtinatiōis et rep̄batiōis cauſā:aliā meri-
toriā iuſtitie equitatis ⁊ cōdigni: p̄ter diuinā voluntatē

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0045-6

hũc reprobãtez: iſtũ vero p̄eligentẽ. nõ deeſſe tamẽ illi vo-
lũtati: rõnabiliſſime: rationes cõgruitatis ⁊ decentie: cur
hoc p̄deſtinato: hic repbet: quib; neq̃at optim⁹ ille muni-
ficẽtiſſimuſq; de⁹ niſi quod piẽtiſſimo cõgruat clemẽtiſſi
mũq; deceat ⁊ repbare ⁊ p̄deſtinare. ꝓinde: faciãt: qđ pijs
ↄgruat: qđ deceat chriſtianos (qđ ⁊ ip̄e de⁹: vti poſſint: ſuf
fragat̃) tũ: his fctis: ne heſitẽt: deũ id de eis diffiniuiſſe a
ſeculis: qđ clemẽtiſſimo cõgruat plaſmatori qđ miſericor
diſſimũ deceat reparationẽ: ⁊ vt ſemel dicat̃. Si velint vi
tã ingredi: ſuẽt mãdata dei: hũc inq; modũ rudi ingerãt
Aug⁹ li. đ bo (vbi nc̃citas vrget aut euidẽs ſuadet vtilitas) popello: vl̃
no perſeuerã ſi qñ etiã aliũ: hui⁹ ſnĩe: intelligibiliorẽ ꝓferre poſſint ſer
tie capite. 21. monẽ: id em̃ (dũ mõ p̄dicta ſalua maneat ſnĩa) etiaz Au-
guſtini ꝟbis: vti fiat: p̄cipit̃ in hec verba. Nimie (inq̃ens)
eẽ cõtentionis p̄deſtinationi ↄ̄dicere: vel de p̄deſtinatiõe
dubitare. que tñ nõ ita populis predicãda eſt: vt apud im
peritã vel tardioris intelligẽtie: multitudinem redargui
quodãmodo ipſa ſua predeſtinatiõe videatur: ſicut redar
gui videtur: ⁊ preſcientia dei: quã certe negare nõ poſſint:
ſi dicatur hominib; : ſiue curratis ſiue dormiatis: qđ vos
preſciuit (qui falli nõ poteſt) hoc eritis: doloſi aũt: vel im-
periti medici eſt: etiã vtile medicamẽtum : ſic alligare: vt
aut non proſit: aut obſit. Sz dicendũ eſt. ſic currite vt cõp̄
hendatis: atq; in ipſo curſu veſtro: ita vos eſſe p̄cognitos
noueritis vt legittime curratis: ⁊ ſi quo alio modo dei pre
ſcientia predicari poteſt : vt hominis ſegnitia repellatur.
Cernis ḡ tandez : o lector: concordem diui Aurelij nobiſcũ
ſententiam ad vulgus promiſcuuz (vbi iuuat et oportet)
de predeſtinatione predicandam: quare illi innixus: nuſ-
q̄; aberrabis: ſed media : quã p̄ſcripſimus via tutiſſimus
ibis: id qđ toto hoc libro ediſſeruiſſe: volebamus. Cui nũc
finem ponentes: ad ſecundũ concedimus: illic authorita-
te diuorum Hieronimi Auguſtiniq; confirmaturi : quod
tot rationibus precedenter intentauimus.

# In librū Secundū de predeſtina-
## tione reprobationeqꝫ Prologium.

C Um vero: Dioniſij ariopagite ſententia: nihil ſit
in diuinis audenduꝫ doctrinis: niſi quod nobis a
ſacraſcriptura traditū exiſtat: Gerſone rationē ne
ctente: ꝙ hec nobis ſit tradita veluti ſuffitiens ⁊ infallibi
lis regula: pro regimine totius eccleſiaſtici corporis: ac mē
brorū eius: vſqꝫ in finē ſeculi: ipſaqꝫ diui Pauli ad roma-
nos epiſtola (que tota nono eius potiſſimū capite) in hac
pendet predeſtinationis reprobatiōiſqꝫ ſublimitate anſā
dediſſe cernatur: ieciſſeqꝫ anchoram: qua difficultas pror
ſum omīs: illius farraginis erūpit et fulcitur: quē deniqꝫ
et ducem ⁊ authorē in hac diſcriminādā: ſectari neceſſe ē.
ſi noluerimus mali interpretamēti: ſuſpecti habere. iccir
co cū precedenti libro: inter vtraſqꝫ recenſitas duorū opi
nātium: ſententias: noſtrā: mediā de predeſtinatiōis cau
ſis: ⁊ predicandi modis: viā cōſtituentes. totiens citatis
Auguſtini verbis: id aſſecuti ſimus: ne vllo pacto: ab eodē
diſſidere videremur. ſuper eſt certe hoc loco: nūc conemur
ne quicpiam diuo Paulo reluctari: aut contrariū diffini-
ſſe deprehendamur. id aūt cū ſolidius comodiuſqꝫ cōfie-
ri nequeat: ꝗꝫ vt eiuſdem capitis noni intellectū ſub vniꝰ
ecleſie columnarū: ⁊ doctorū interpretamēto: in mediū re
uocemus. ꝙ hoc facto: recte confidendum ſit vti (cū in no
ſtra editione: hos duces ⁊ aurigas ſectari offendamur) ſo
lidius ſit quod induxerimus: in nulloqꝫ nec a diuo Augu
ſtino: nec ab Apoſtolo diſſenſiſſe deprehēdamur. Cū itaqꝫ
diuus Hieronimus epiſtole caput nonuꝫ vndecimumqꝫ
(vbi hec predeſtinatio vētilatur) pre ceteris gnauiter ex-
plicauerit. placuit illius lucubrationem in mediū accerſe
re: quo ſic: quaſi violentiori authoritate: que dicta ſūt: ve-
riora ſolidioraqꝫ credantur: ipſiqꝫ quod ſcripſimus: maio
rū monumentis fulciuiſſe: nihilqꝫ ex noſtris temere in-
fluxiſſe: cernamur: quod facilius aſſequemur ſi antea dicē
da capitibus interſtincta exhibeamus hoc modo.

Dioniſiꝰ ī de diuīs nōib.
Gerſon
Paulꝰ ad romanos nono et vndecimo
Augꝰ in de pꝰdeſtinatōe ⁊ bono perſeuerantie.
Auguſtinuꝫ.
Hieronimuꝫ

E

Caput primum.

Diui Pauli ad romanos epiſtole caput nonum: vbi de predeſtinatione: Hieronimi interpretamẽto: expoſitio: premittitur.

Caput Secundum.

Certa ne ſit: infallibiliſq; diuina predeſtinatio reprobatioq; adeo: vt quiſq; neceſſario vel ſaluet̃ p̃deſtinatus: vel pereat reprobatus.

Caput Tertium.

Que ſcholaſtico modo prepoſita ſunt: ac per hoc difficiliora: q̃ a quouis capiantur: intelligibilius ſimpliciori ſcemate repetit: vt melius intelligant̃

Caput Quartnm.

Que de gemio predeſtinatiõis modo: vtpote ſimpliciter & cõditionatim: dixit precedẽter hic Auguſtini authoritate confirmat.

Caput Quintum.

Quomodo de predeſtinatiõis reprobatiõiſq; certitudine: numeroq; predeſtinatorum: ad vulgus predicandum:

# Diui Hieronimi

Iſta diui Hieronimi ad hebidiam epiſtola. inter duodecī alias: totidem queſtiones diſſoluētes. in tres partes diuiditur. nam primū: inſinuans difficultatē queſiti: attētos reddit auditores: in ſecunda preambulares alias quaſdā inducit queſtiones: ex authoritatibus ſcripture: ortas: et tertio hinc loco: materiā predeſtinationis: a diuo Paulo in perplexitatem quandā: a quibuſdam minus intelligētibus: receptā: explicat: ⁊ diſſoluit: inquiens primo omnē Pauli epiſtolam: interpretatione indigere.

OMnis quidez ad [a] romanos epiſtola: īterpretatiōe indiget: & tātis obſcuritatibus inuoluta eſt: vt in ea ītelligēda [b] ſpiritusſſācti indigeamus auxilio: qui ꝑ apoſtolū [c] ipſa hec dictauit: ꝟ precipue [d] locus hic: in quo quidā [e] volentes dei ſeruare iuſtitiā [f] ex precedētibus cauſis dicūt [g] electū [h] ī vtero rebecce iacob & [i] abiectū eſau: ſicut & [k] hieremias & iohānes baptiſta eligūtur in vtero: & ipſe apoſtolꝰ [l] Paulus p̄deſtinat̄ in euāgelium anteq̄ naſcatur

[a] ad romanos. i. ex gētibus et iudeis rome tūc ad fidē chriſti cōuerſos [b] ſpūſſcti cū nō in lumine nature: ſꝫ grē videat̄ dicente Alberto: theologica cum philoſophicis in fūdamēto nō cōueniunt: nā hec fundant̄ ſuper reuelatione iſta ſuper inquiſitione vnde ⁊ in philoſophicis: nō eſt de his diſputādūz Alexandro de ales aſtipulāte: dū inquit: ſacraſcriptura eſt ſingulari modo ⁊ a deo: ⁊ de deo: ⁊ ad deum ductiua ſciētia. Bonauētura quoqꝫ impoſſibile eſt (inquit) aliquē hāc ſcripturaꝫ ingredi: niſi habeat fidem: tamq̄ꝫ tocius ſacreſcripture ianuaꝫ et fundamentum.

[c] hec ipſa dictauit: dicēte eo: ligua mea calamus ſcribe:

[b] locus ſ.noni et vndecimi cap.
[c] volentes: reddere iuſtā ꝑdeſtinatiōis ⁊ repobatiōis cāꝫ.
[f] ex precedentibus : ex meritis anteactis in alia vita : vel
precuſſis.
[g] electum a deo ⁊ predeſtinatum
[h] in vtero priuſq̄ꝫ prodiret.
[i] abiectū.i.reprobatum.
[k] hieremias : de quo dicitur priuſq̄ꝫ te formarem.
[l] paulus:ſcd̄m id cū placuit ei : qui me ſegregauit ex vtero
matris mee.

[m] Nobis aut nihil placet:ni
ſi [n] quod eccleſiaſticuꝫ eſt: &
publica in ecl'ia: dicere nō ti
memꝰ ne iuxta [o] Pictagorā:
& Platonē [p] & diſcipulos eo
rū: qui ſub nōie chriſtiano ī
troducūt dogma gētiliū : di
camus animas [q] lapſas de ce
lo [r] & ꝑ diuerſitate meritoꝝ
ī his vl' iſtis [s] corpibus pēas
antiquorū luere [t] peccatorū
multoq̄ꝫ melius eſt ſimplici
ter [v] imperitiā cōfiteri: & in
ter cetera: que neſcimus: etiā
huius loci [x] obſcuritatē effu
gere: q̄ dū volumus dei [y] pro
bare iuſtitiam: [3] baſilidis &
manichei hereſim defendere
& [z] hiberas nenias ? egiptia

[m] Nobis explicat q̄ ſen
tētia et authoritate ex
plicare velit: inquiens.
[n] qꝛ eccleſiaſticuꝫ dicēt e
Dioniſio nō eſſe audeu
dum aliquid dicere aut
cogitare de ſuperſubſtā
tiali et occulta deitate
preter ea que nobis per
ſcripturas ſacras ꝺ deo
diuinitus expreſſa ſūt.
[o] Pictagorā. qui poſu
it palingeneſeam.
[p] et diſciplos qui dicūt
ex cōparibus ſtellis ani
mas hominū delapſas
[q] lapſas de celo ex cōpa
ri ſtella.
[r] et pro diuerſitate mer
ritorū.i.motuū cōuerſi
onis vl' auerſiōis a deo:
Conſiderās eniꝫ ille: qꝛ
ab vno iuſto authore :

ꝙ porteta videamur ſectari. res diuerſe ⁊ inequales pdire nō poſſent: niſi aliqua diuerſitate precedente. Nulla aūt diuerſitas precedere potuit primā rerū productionē: que nihil preſupponit: ponebat omnes res a deo productas primo eſſe equales: vnde quia corpora incorporalibus ſubſtantijs equari nō poſſunt: poſuit in prima rerū productione: corpus nō fuiſſe ⁊ ꝙ poſt modū (reb) a deo pductis) diuerſitas interuenerit: ex diuerſitate motuū volūtatis in materialiū ſubſtantiarū: que ex ſui natura habēt arbitrij libertatē: quedā igitur earū in ſuū principiū ordinato motu voluntatis cōuerſe: in melius profecerant: ⁊ hoc diuerſimode: ſcdm voluntarij motus diuerſitatē: vn̄ ⁊ inter eas: alie alijs ſunt ſuperiores effecte: alie vero inordinato motu volūtatis a ſuo principio ſūt auerſe: ⁊ ſic defecerūt: quedā plus quedā minus: vnde hinc eſt ſumpta pducendorū corporū occaſio: vt his alligarētur ſuperiores nature ⁊c̄ et id inſinuat Hieronimus.

s corporibus: animarum occaſione factis

t antiquorum. i. auerſionum pluris vel minus a creatore

v imperitiam. i. ignorantiam.

x obſcuritatē: capituli noni de predeſtinatione.

y probare iuſtitiā: reddere cauſam cur deus hunc predeſtinet ⁊ hunc reprobet iuſte nec ne.

z baſilidis et manichei. illorum hereticorū qui poſuerunt duo rerū principia: vnū bonorū: aliud malorū: ⁊ etiā duos deos: et animas natura malas quia corporib) mixtas quā ſentētiā diuus Hieronimus latius infra ad marcellinū pſequitur dū inquit. Super aīe ſtatu: memini veſtre queſtiūcule ymo maxime queſtionis eccleſiaſtice. vtrū lapſa de celo ſit (vt Pictagoras philoſophus: omneſq; platonici et origenes) an in theſauro habeantur dei olim cōdite: vt quidā eccleſiaſtici ſtulta perſuaſiōe confidūt: an quotidie: a deo fiant: an certe ex traducte (vt tertullianus appollinaris: ⁊ maxima pars occidentalium autumant) in

opuſculis contra rufinum ſcripſimus.
ꝛ hiberias nenias. Nenie hibere ſunt fabule hiſpanice: p̄ſcilliani em̄ hereſis inſectatores hiſpaniti erāt: arbitrabātur q; animas eſſe de dei ſubſtantia: eaſq; ob ſupplitium in corpus mitti.
ꝯ egiptia portenta pro eo ꝙ ſatiricus ait Egiptus portēta colit cocodrillos adorat. pictagorici equidē illic edocti vt Criſoſtimus inquit. ſuperabundantiā cōfuſionis reliquerūt: muſtas et canopos et arbores hoīm animas fieri dicētes etiā ipſū deū animam fieri perhibuerūt.

[a] Dicamus igitur vt [b] poſſumus: & apoſtolice volūtatis ſectātes veſtigia: ne [c] puncto quidē (vt dicitur) atq; [d] vngue tranſuerſo: ab illius [e] ſētētijs recedamus: [f] Fleuerat ſupra & dolori ſuo & cōſciētie teſtē inuocauerat ſp̄umſāctū ꝙ [g] fratres ſui et cognati [h] ſcd̄m carnē. i. iſrahelite dei filiū [i] nō recepiſſēt: quoꝝ fuit [k] adoptio & [l] gloria & [m] teſtamentum & [n] legiſlatio & [o] cultura & [p] promiſſio: ex quibus etiaꝫ ipſe chriſtus: ſcd̄m carnem de Maria gn̄atus eſt virgine: & tā cōtinuo cordis dolore torquet̄: vt ipe optet [q] anathema eſſe ꝓ chriſto: id

[a] Dicamus. ordit̄ ꝓpoſitam ep̄le interpretari ouē incipiēs a capitulo nono: quod incipit. veritatem dico.
[b] vt poſſumus. ſ. in hac predeſtinationis materia explicanda.
[c] puncto. i. minimo.
[d] vngue. i. aliquo abceſſu aut diuerticulo.
[e] ſententijs. ſ. Pauli.
[f] Fleuerat. ſ. capite nono quod incipit v̄itatē dico in chriſto hieſu teſtimoniū mihi perhibēte cōſcientia mea: in ſpiritu ſancto: qm̄ triſtitia mihi eſt magna et cōis dolor ꝛc̄.
[g] fratres. i. filij abrahe
[h] ſꝫm carnē. ſ. ꝛ nō ſcd̄m ſpiritū: qꝛ fidem non receperunt.

eſt ſolus perire ne omne iſraeliticū genus pereat

[i] non recepiſſent.i.non crediſſent recipiendo euangelicam fidem.

[k] adoptio: quia Exodi q̄rto dicitur primogenitus meꝰ iſrael: ⁊ hoc dicitur q̄ꝫtum ad ſpirituales viros: qui fuerūt in illo populo: q̄ꝫtum vero ad carnales: ſubdit octauo ca. qꝛ acceperūt ſpiritū ſeruitutis in timore.

[l] gloria filiorū dei: que fuit eis ꝓmiſſa.

[m] teſtamētū: pactū circūſicionis abrahe datū. geneſis 17.

[n] legiſlatio: lex moiſi data per ipſum alijs.

[o] cultura.i.cultus diuinus: quo deo ſeruiebant: alijs ſeruientibus idolis.:

[p] promiſſio.i.promiſſiones facte ſingulariter iudeis: ex q̄bus naſci Chriſtus debebat.

[q] anathema.i.ſeparatus ab eo: ſcilicet quo ad fruitionem glorie: ſimpliciter vel ad tempus: dicente Criſoſtimo. ita totam eius mentem deuicit amor: vt etiā eo quod pre ceteris omnibus amabilius erat (eſſe ſcilicet cū chriſto) rurſus idipſum: quia ita placeret chriſto: contēneret.

Et quia hoc dixerat [r] ſtatim venientez e regione preuidit q̄ſtionē. q̄d ergo dicis? ōnes qui ex iſrael ſunt: [s] perierūt & quo modo tu ip̄e & ceteri ap̄li: & infinita iudaici pp̄li mľtitudo: chriſtū filium dei [t] recepiſtis? [v] quā ita [x] ſoluit [y] iſrael in ſcripturis ſc̄tis: dupliciter appellari: & i [z] duos diuiditur filios: in vnū q̄ iuxta carnē: & in alterū qui iux

[r] ſtatim.ſ. in principio noni capi. ſubicit nō autē exciderit verbum dei nō eñ omnes qui excircūſitione ſunt iſrael ⁊c.

[s] perierūt: q. d. minime

[t] recepiſtis.ſ. in eum credentes.

[v] quā: queſtionem

[x] ſoluit apoſtolus.

[y] iſrael: aliquis dicitur ex ſtirpe iſraelis dupliciter

[z] duos ſcilicet ſpiritualem et promiſſum: car-

ta promiſſionem & ſpirituȝ
Abraham duos filios habu
it:yſmael & iſaac Iſmael qui
ſcđm ꝛ carnem natus:heredi
tatē patris nō accepit. Iſaac
qui de [a] repromiſſione gene
ratus ex ſara eſt: ſemē dei ap
pellatur. Scriptuȝ eſt enī:in
iſaac vocabiť tibi ſemen id ē
[b] non qui filij carnis:hij filij
dei:ſed qui ſunt filij [c] reꝓmi
ſſiōis:iſti exiſtimātur in [d] ſe
mine [e] & hoc non ſoluȝ in iſ
mael & iſaac accidiſſe [f] cōui
cimus: ſed etiaȝ [g] in duobus
Rebecce filijs Eſau & Iacob
quoruȝ [h] alter [i] abiectus [k] al
ter electus ē: & hoc totuȝ [l] di
cit:vt in [m] duobus prioribus
fratribus: Iſmael & eſau :po
pulū iudeorū [n] abiectuȝ eſſe
ſignificent: In poſterioribus
aūt:hoc eſt:in iſaac & Iacob
electum populum [o] gentiuȝ
vel eos ꝗ ex iudeis [p] ī chriſtū
crediturí erant.

nalem et admiſſum.
ꝛ carnem.i.naturali ge
neratione abſqȝ ſpecia-
li miraculo.
a promiſſiōe:quia ex oc
tuagenaria:cui iā ceſſa
uerāt muliebria.
[b] nō qui filij carnis ſȝm
legē: ꝛ cōſuetudinē car
nis:dicēte Paulo:neqȝ
om̄es qui ſnt carnale ſe
men abrahe:ſūt ſpiritu
ales filij abrahe : quib9
deus benedixit : ſed ſo-
lū illi:qui eius fidem ꝛ
opera ſectantur.
[c] promiſſionis.i.illi qui
ex gratia promiſſionis
diuine facti
[d] ſemine.i.ſūt filij abra
he: imitatione fidei.
e et hoc nō:ne aūt aſcri
batur diuerſitati mr̄is
ꝙ iſmael eſt natus de ā
cilla: et iſaac de libera:
vel diuerſitati meritoꝝ
patris qui iſmaelez ge
nuit incircūciſus.iſaac
aūt circūciſū: ido Pau
lus inducit exemplum
vbi vnus eligitur:alter
reprobatur:qui non ſo-
lum ab vna matre: ſed et a patre vno : eodemqȝ tempore
nati ſūt:ꝛ hoc dicit:ꝛ hoc non ſolum in iſmael.

# Interpretatio

[f] conuincimus: ſcʒ ꝙ vnus ſit alij preelectus.
[g] in duobus rebecce. ſ. qui tamẽ ambo eiuſdem erant ꝛ pa
tris et matris legittimi
[h] alter eſau
[i] abiectus id eſt reprobatus.
[k] alter electus. i. iacob predeſtinatus.
[l] dicit apoſtolus ad romanos.
[m] duobus. ſ. abrahe ex ſara ꝛ ancilla filijs
[n] abiectum. i. reprobatum
[o] gentium. i. ex gentilibus ad fidem conuertendis
[p] in chriſtum. i. ad promulgationem euangelij chriſti.

& quoniã hoc [q] volẽs appro
bare p̃poſuerat teſtimoniuʒ
naſcentiũ [r] geminoꝝ Eſau &
Iacob: de quibus ſcriptũ eſt
[s] maior ſeruiet [t] minori: & ĩ
[v] malachia legimus [x] Iacob
dilexi Eſau autẽ odio habui
[y] venientẽq; e latere [z] queſtio
nẽ: ore ſuo p̃ponit & diſſerit
& hac [z] ſoluta reuertitur: ad
id de quo ceperit [a] diſputare

ſiue malũ. Quod iuditiũ futurũ non eſſet: ſi hoĩes dei voluntate peccarent. Erit aũt iuditium manifeſtiſſime. Et oĩs homo quem diſcretio diuine ſententie in ſiniſtra conſtituerit parte damnabit: ꝙ nõ dei ſed ſuã executus eſt voluntatem.

## Articulus vndecimus.

Qꝫ quando patres inceſtant filias & matres filij vel quando ſerui dominos occidũt ideo fiat: quia deus predeſtinauit vt ita fieret.

## Responſio

Si diabolo obiceretur ꝙ taliũ facinoꝝ ipẽ author ipſe eſſet incentor: puto ꝙ aliqua rõe hac ſe poſſet exonerare inuidia: ⁊ taliũ ſceleꝝ patratorẽ de ipſorũ volũtate vinceret. Quia et ſi delectatuſſit furore peccantium. Probaret tñ ſe non intuliſſe vim criminũ. Qua ergo inſipientia: quaue dementia definitur ad dei referenduꝫ eſſe conciliũ: quod nec diabolo in toto aſcribi poteſt: qui ĩ peccantiũ flagitijs illecebrarũ adiutor: nõ volũtatũ credendus eſt eſſe generator. Nihil ergo taliũ negotiorũ deꝰ predeſtinauit vt fieret: nec illã animã turpiter nequiterqꝫ victurã adhoc vt taliter viueret: preparauit. Sed talẽ futuram non ignorauit. Et de tali ſe iuſte iudicaturũ eſſe pſciuit. Atqꝫ ita ad predeſtinationem eius nihil amplius referri poteſt. niſi quod aut ad debitã iuſtitie retributioneꝫ aut ad indebitam pertinet gratie largitatẽ.

Ex eodẽ. xvi. c. li. de pdeſt. ſctoꝝ ſed malitioſe occaſio ſumpta.

## Articulus duodecimꝰ

Qꝫ dei predeſtinatione: de filijs dei efficiantur filij diaboli. & de templo ſpũſſancti templa demonũ: et de membris chriſti: membra meretricis.

## Responſio

P Redeſtinatio dei: ⁊ ſi apud nos: qui dū preſentis vite periculis verſamur incerta eſt. Apud illū tamen qui fecit. que futura ſunt incōmutabilis permanet. nec que illuminauit excecat. nec q̄ edificat deſtruit. nec que plantauit euellit. Sine em̄ penitētia ſunt dona et vocatio dei. Et firmū fundamētū dei ſtat habēs ſignaculū: hec cognouit dn̄s qui ſunt eius. Nullo ergo modo predeſtinatio dei facit: vt aliq̄ ex filijs dei ſint filij diaboli: aut ex templo ſpiritusſaucti tēpla fiāt demonū. Aut ex membris xp̄i: membra meretricis. Sed potius predeſtinatio facit: vt ex filijs diaboli fiant filij dei: et ex tēplo demonū templū ſpū̄ſſcti: ⁊ ex mēbris meretricis membra fiant xp̄i. qꝛ ipſe alligat fortē: ⁊ vaſa eius rapit. eruens ea de poteſtate tenebrarū: ⁊ transferēs de cōtumelia ī gloriā. Hij aūt de quibus dicit̄. Ex nobis exierūt. ſed nō fuerunt ex nobis. Si em̄ fuiſſent ex nobis manſiſſent vtiq; nobiſcū: volūtate exierūt: volūtate ceciderūt. Et qꝛ preſciti ſūt caſuri nō ſunt predeſtinati. Eſſent aūt p̄deſtinati: ſi eſſēt reuerſuri: ⁊ ſanctitate ac veritate manſuri: ac per hoc predeſtinatio dei multis eſt cā ſtandi nemini cā labēdi.

Ex. viij. cap. de bono perſeuerātie

## Articulus tredecimus.

Qꝛ oēs fideles illi ſanctiq;: qui ad eternā mortez predeſtinati ſunt: qui ad vomitū ſuū relabuntur: vitio quidē ſuo id facere videntur: ſed ipſius vicij cauſa: eſt diuina predeſtinatio: q̄ illis latenter ſubtrahit bonas volūtates.

## Reſponſio

I Dem ſpiritus blaſphemiarū perſeuerat: ⁊ a precedentib9 mendatijs ſubſequens impietas nō recedit. Quam prorſus vera ratio reprobat. ⁊ incūctāter ſana doctrina condemnat. Quia oībus quidem a fide

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0100-2

ad īfidelitatē.a ſanctitate ad turpitudinē relapſis: at ante finem vite nulla emūdatione purgatis: nihil aliud ꝗ̄ eterna mors debet. Sed nefas eſt deo aſcribere cauſas taliū ruinarū. Qui etſi ex eterna ſcientia precognitū habet quid vniuſcuiuſqꝫ meritis retributurꝰ ſit: nemini tñ per hoc ꝙ falli nō poteſt: aut neceſſitatē aut volūtatē intulit delinquēdi. Si ergo a iuſtitia et pietate quis deficit: ſuo in preceps fertur arbitrio: ſua concupiſcentia trahit: ſua perſuaſione decipitur. Nihil ibi pater: nihil filius: nihil ſpirituſſanctus. Nec in tali negotio quicꝗ̄ diuine ſvoluntatis interuenit. cuius ope ſcimus multos ne laberentur retentos. Nullos aūt vt laberentur impulſos. Ex. xxviij. ca. li. ſoliloqorū

## Quartuſdecimus articulꝰ.

Qꝫ magna pars illa catholicorū xp̄ianorū fidelium atqꝫ ſanctorū: que ad crimina ac perditionez predeſtinata eſt: etiā ſi petat a deo: ſanctitatis perſeuerantiā nō impetrabit: eo ꝙ mutari nō poteſt diuina predeſtinatio que illos preordinauit: p̄optauit: preaptauit: vt caderent.

## Reſponſio

A Dpreuaricatōez legis: ad neglectū religionis: ad corruptelā diſcipline: ad offenſionez fidei: ad perpetrationē qualiſcunqꝫ peccati. nulla eſt omnino predeſtinatio dei: nec fieri poteſt: vt per quem a talibꝫ malis ſurgitur: per eum in talia decidatur. Si ergo in ſanctitate uiuitur: ſi in virtute perficitur: ſi in bonis ſtudijs permanetur. manifeſtum eſt munus dei. ſine quo nullius boni operis fructus acquiritur. Si autem ab his recedit et ad vitia atqꝫ peccata tranſitur: nihil ibi deus: male tēptationis immittit: et receſſurum non deſerit: antequā Ex. xiiij. cap. de bono perſeuerātie: de tyrijs ⁊ ſidonibus.

# perinde ac ex ſuis

deſerat: ⁊ facit plerũqꝫ ne deſerat Aut etiã ſi diſceſſerit: vt redeat. Cur aũt illũ retineat: illũ nõ retineat: nec poſſibi le eſt comprehendere: nec licitum inueſtigare: cũ ſcire ſuf ficiat: et ab illo eſſe ꝙ ſtatur. ⁊ non eſſe ab illo ꝙ ruitur.

## Quintuſdecimuſ articul⁹.

Qꝫ omnes illi fideles & ſancti: qui ad eternã mortem predeſtinati ſunt: poſtq̃ ceciderunt: ſic ab eo diſpenſentur: ne poſſint vel velint per penitentiã liberari.

## Reſponſio

Non veraciter nec ſapienter hoc dicitur. Qui eniꝫ a fide ⁊ ſanctitate exciderunt: ſicut voluntate pro lapſi ſunt. ita voluntate non ſurgunt: et dñatum concupiſcentiarũ quibus ſuccubuerũt ſponte paciuntur. Si q̃ autem captiuitatẽ ſuam gemunt: et iudicantes ſemetipſos ad miſericordiam dñi mutato corde confugiũt: nõ ſine ſpũ diuine viſitatiõis hoc faciũt. Hec eñ eſt mutatio dextre excelſi: qui innumeris lapſis dat penitentiã: vt reſipiſcant a laqueis diaboli a quo captiui detinebantur ad ipſius voluntatẽ. Nemini aũt deus correctionis ademit viã: nec quenq̃ꝫ boni poſſibilitate diſpoliat: qꝫ qui ſe a deo auertit ipſe et velle quod bonum eſt: et poſſe ſibi ſuſtulit. Non eſt ergo conſequens: ſicut putant qui talia obiciũt: vt deus quibus penitentiã nõ dederit. reſipiſcentiam abſtulerit: ⁊ quos non leuauerit: alliſerit. Aliud ſit inſonteꝫ crimen egiſſe: quod alienũ eſt a deo: aliud criminoſo veniam non dediſſe: quod de peccatorũ eſt merito.

Ex. xv. capi. de bono perſeuerãtie per uerſe ĩtellcõ de mõ p̄dicã di p̄deſtinationem.

## Articulus Sedecim⁹

Qꝫ magna pars illa fidelium: atqꝫ ſanctorũ que ad eternam mortẽ predeſtinata eſt: quando dicit

## libꝛis decerpte eſſent

in oratione dominica Fiat voluntas tua:nihil aliud agit q̄ contra ſe petit id eſt vt cadant:vt ruant quia volūtas dei eſt vt morte eterna pereant.

## Responſio

NOn hoc veritas dicit:ꝙ hec voluntas dei ſit.vt fideles et ſancti a fide atqꝫ innocentia ruāt. ⁊ pereant ineternū.Sed veritas dicit. Hec eſt volūtas eius qui miſit me patris:vt omē quod dedit mihi:nō perdam ex eo quicq̄ꝫ.ſed reſuſcitē illud in nouiſſimo die.Qđ ergo pater filio dedit:filius oīno nō perdidit. Idem eniꝫ dicit.Omne quod dat mihi pater ad me venit:⁊ nō eijciam foꝛas.Q̄ꝛ ſi per generalitatē vocationis:|et per abūdātiam bonitatis dei:etiam nō perſeueraturi perſeueraturis admixti ſunt.Hi cū a pietate deficiunt: nō ex dei opere:ſed ex ſua volūtate deficiūt:nec impellūtur vt cadant: nec eijciūtur vt deſerant.Caſuri tamen et receſſuri:|ab eo qui falli non poteſt:pꝛeſciuntur. Q̄ꝛdiu itaqꝫ in oꝛatione dn̄ica dicunt Fiat volūtas tua: non hoc contra ſe petunt quod deus nulla ratione facturus eſt vt cadant vt ruant: Hec em̄ ipſoꝛū nequitia:ipſoꝝ eſt conſumatura libertas: Sed plane illud cōtra ſe petūt:quod diuine volūtatis eſſe: dubiū non eſt:vt ſcꝫ cū venerit filius hominis in maieſtate ſua:⁊ ſederit ſuper thꝛonū gloꝛie ſue : congregentur ante eū oēs gentes:⁊ ſeperet eos ab inuiceꝫ:alios ad dexteram:alios ſtatuens ad ſiniſtrā. Et audient eū dextri dicentem Venite beuedicti patris mei:poſſidete regnū paratū vobis a conſtitutione mūdi.Audient ⁊ ſiniſtri.Diſcedite a me maledicti in ignem eternū:quē pꝛeparauit pater meus diabolo et angelis eius. Igitur qui facturi non ſunt voluntatem dei:⁊ petūt vt fiat volūtas dei in eo:qđ volūtate dei faciendū eſt audiunt: vt imitatoꝛes diaboli cū diabolo iudicentur.Qui em̄ ſpꝛeuerūt volūtatē dei inuitantē:volūtatē dei ſentiēt vindicantem.

Ex hoc ipſo: qđ li.ſoliloq̄oꝛū ca.xxviij de oꝛe pſcitoꝛū dicit̄ ꝑ praue ⁊ īuidēter

# Caput Sextum

Rationes nectit. cur cū precedenter Hieronimi
citauerit epiſtolā: nūc etiam Auguſtini apologe
ticum et verba.

E arbitrere lector: quo turgidiorē illā meā
efficerem ediciunculā. Aut (vt de Grecis Cicero
ait) ne parū multa ſciſſe videar. Precedenter me
diui Hieronimi epiſtoliū. Nūc etiā diui Auguſtini anno
taciunculas: appollogeticūqꝫ huc accerſiuiſſe. Verū con
ſulto id magis factum credito. Equidē dū citate propoſi-
tiones: ex diui patris Aurelij libris delecte. he ipſe ſunt p̄
cipue: que multam ingerant (niſi ex authoris ſenſu intel
ligant̄) ſublimitati predeſtinationis. difficultatē: nr̄iſqꝫ
forte etiā marginaliter inſpectis) quoquo mō videri poſ
ſint aduerſe: niſi. vt ea diuus ſcripſerit Pater moderent̄:
ac ediſſerantur. Itaqꝫ cū cogentibus eū: adhoc ip̄m obie
ctis illis Pelagianorū calūnijs: ſuapte. ille. que difficilio
ra vel ſublimiora: q̄ꝫ a quouis cecutienti intelligant̄: ſcri
pſit. in hoc apollogetico ediſſerat: explicet: interpretet̄: vt
oēꝫ precipiat: calūniantibꝫ anſam. Liquido ex his quoqꝫ
appareat: nihil nos a ſnīa illius diſſonū ſcriptitaſſe. Aſſe
cutū me confido. horū in mediū reuocatōe. vt cū p̄ceden-
ter diui Hieronimi interp̄tamento: que diximꝰ. ſolidaue
rimus. Nuncqꝫ etiā ſuperinducto. diui Auguſtini Apol-
logetico: ſuis nos conformia nexuiſſe oſtenderimus fore.
vti oīm nos calūniantiū iacula: adamātiuis his clypeis:
vel eliſerimus: vel q̄mo facili elidi poſſint oſtenderimus.
Que cū noſtris vſui ſint: ⁊ q̄ꝫ neceſſaria: noſtro nos vel ſu
peruacanei laboris in his accerſientis. vel oſtentationis
aut rumuſculi captandi. calūniabit̄. At ne etiam. ip̄a tot
Sanctorū verba noſtris interiecta. ab inſtituto lectorem
diuertant: excidereue faciant que ſunt in capite libri recē
ſita: atqꝫ relecta. Anacephaleoſim ſubnectemꝰ. qua haud
ſecus: ac dyplomate. aut epilogo quodā. queuis (q̄ꝫ cūuis
itercalata: ꝑpaſtinari poſſint: ac ꝑpaſtinata mēte ꝯplecti.

# Caput ſeptimum.

## Anacephaleoſis ſiue Recapitulatio com pendiaria eoꝝ que profuſius: pre cedenter dicebantur.

Abes igitur candide lector. inuaſta hac ꝓ
funde predeſtinationis voragine: quid ſuper cau-
ſis reprobationis: ſique ſint? q̄d ſuper declamādi
conditione? Sit vicȝ hec p̄deſtinationis definitio/ vulgo
predicanda? Ac tertio quid ſuper predeſtinationis repro
bationiſqꝫ certitudine: infallibilitate ſentire cōgruat? et
abſqꝫ catholice fidei diſcrimine: credere et profiteri? Id
inq̄ꝫ quo compendiario repaſtinet᷑. vt ſi diſquiratur. Sit
ne cā ſiue ratio: cur duobus ſimilibus p̄poſitis: abſqꝫ per
ſonarū acceptione: hunc predeſtinauerit deus ad gloriā
Iſto relicto preſcitoqꝫ ad infernū. Reſectis ambagibus:
(quibus diuerſi diuerſis: hic fluctuant et volutant᷑) Re-
ſpondeas. Non eſſe: preter diuinā volūtatē cām vllā iuſti
tie: de condigno et meritoriā (vti Auguſt. late cōmētat᷑)
Deꝝ nō deeſſe tamen nec defuiſſe vnq̄ꝫ: optimo maximo:
in predeſtinando reprobandoqꝫ a ſeculis rōeȝ congruita-
tis et decentie: quibus aīaduerſis: abſqꝫ vitioſa perſona-
rū acceptione. Hoc predeſtinato per gratiā: illū deſerit p̄
ſcitum per iuſtitiā. ¶ Poſt que ſi rurſum querat᷑. Que
nam ille ſint congruitatis et decentie rationes. Reſpon-
deas. Has quideȝ in vniuerſali agnitas vti ſcȝ. in his mi-
ſericordia in iſtis reluceat iuſtitia. Verū in ſpeciali. Has
ignotas neqꝫ etiā diuo Paulo ſatis reuelatas: quo circa
⁊ iſte. Exclamare maluit q̄ꝫ temere definire. Inquiēs. O
altitudo diuitiaruȝ ſapīe et ſcīe dei q̄ꝫ incōprehenſibilia
ſunt iuditia eius. Sed inquis cur ad tertiū celū raptus?
hec vt noſceret non diſquiſiuit vt hec nobis: quibus euā-
gelisauit: nō etiā reuelanda didiciſſet. qꝛ inquit Bonauē
tura. Nō expediebat iſta cognitio ad ſalutē: ignorātia ꝟo
neceſſaria fuerit ad humilitatem: vt ſemper perauidi tre



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0105-0

meremus ſub manu eius:qui nutu tremefacit olimpum.
Timor em̄ initiū ſapīe:mauult ſciam ſanctorū: q̄ꝫ ſcruti
nia archanorū.quippe que ſanctorū ſcia cū trina ſit: ope
randorū vtpote deſiderādorū et credendorū ad vitā eter
nā aſſequendā:ſuffitiens.magis ad humilitatē inflāmat
affectū:q̄ꝫ ad ineffabilia iſta.incitet intellectū. Id iuben
te ſcriptura Noli altū ſapere ſed time ¶ Porro ſi que-
ratur Sit ne hec ſublimis predeſtinationis, reprobatio-
niſqꝫ definitio paſſim vulgo predicāda? an potius ob im
minentis erroris periculū:ab inuulgando temperādum:
Reſpondeas. Vbi vigeat neceſſitas. aut preſtabilis ſua-
deat vtilitas. Hoc eſt vbi taciturnitas errorez inueheret:
aut ignorantia hominū temeritatē excitaret. Id quod di
ui Auguſtini tempore Pelagianis obtigit:ob quos repri
mendos ac gratiā defendendā:tot voluminibus:hec pri-
us abdita in lucē produxit:que cū hodie cōquieſcant:nec
obgnomiāt pelagiani.ſatius eſt de hac ſublimitate peneſ
indoctā colluuiē tacendū:q̄ꝫ quicpiā incauti⁹ innulgādū
¶ Vbi ſi rurſus diſquiratur:quomodolibet ne illud ſce-
mate vl' vri in buccā venerint verbis abſqꝫ delectu predi
candum? ſi id vel vrgeat neceſſitas vel ſuadeat vtilitas?
Nequaq̄ꝫ Nam ex verbis inordinate prolatis hereſis in
curritur. Potiſſimū in hoc ſimiliqꝫ problemate. quod ni
ſi preſcripto velut tramite:meditatis ac in hūc vſuz com
poſitis verbis eloquerere. Ex vnis erroribus geminos ef-
ficies in his ſi arctius debito:deſperationē:in iſtis ſi laxi
us equo:eloquaris preſumptionē. Proinde ſit mod⁹:ſint
fines quos vltro citroqꝫ nequit conſiſtere rectū. Sed q̄s:
ſi expoſtolauerint? ſit modus? quod ſcema loquendi? hoc
vt repaſtinato libro ſuis capitib⁹ relegant:iube. Nam: ſi
hec ad vulgus declamitans. diuus Aurelius non promiſ
cue:ſed perſtricto ſcemate egit(vt libro primo receſuim⁹)
et vt hoc modo agerent vehementius declamatores mo-
nuit:quid balbis. ¶ Tandē ſi querare Certa ne ſit adeo
infallibiliſqꝫ reprobatio predeſtinatio vt extra ambigu-

um. Predeſtinatus oīs ſaluetur: preſcitusqꝫ damnetur.
Reſpondeas Geminam a diuo Auguſtino recenſitā eſſe:
mortaliū: predeſtinationē vnā alligationis et potentie: q̄
quicunqꝫ predeſtinatus fuerit certiſſime ſaluatur: nō tū
certitudine preſcientie q̄ꝫ etiā rei euentu. vel (vt Bonauē
tura ait certitudine euenientie: pro eo ꝙ quiſquis hoc p̄
deſtinationis modo prediffinitur neceſſarijs medijs pre
uidetur: quibus nolit: velit bene vtitur vt finem aſſequatꝰ
cuꝫ nihil penitus deus optimus his obtingere ſinit: quo
vllo pacto: ab preſtituto amolianꝰ: errent aut deficiāt: ve‑
rū qui hoc mō predeſtinanꝰ: pauciſſimi nimirū ſunt ex q
bus virginē intemeratā. Diuū Paulū: Baptiſtā. Jeremi
am ſupputare forte liceret niſi ignotiſſimorū iuditiū: rec
tius temeritas q̄ꝫ ſententia nūcupetur a perhibente quo
dā: quod ſcis iudica quod neſcis cōmitte iuditio. At alia
eſt conditionis et iuſtitie nūcupata predeſtinatio: q̄ paſ‑
ſim oēs predeſtinati exiſtimanꝰ: qui xp̄i fide inſigniunt q̄
cū ſit per media ſiue conditiones: quas vel deſerere: vel ꝯ
plecti in arbitrio eſt hominis gratia ſublimati recte. Hec
predeſtinatio: ⁊ſi ſit certa certitudine preſcientie: cū deus
ſiccine omniſciens ſicuti omnipotens exiſtat: nequaq̄ꝫ tū
certa eſt: certitudīe eueniētie. Quiſquis em̄ ſalubria per
que predeſtinatus eſt ad ſalutē aſſequendam cōplectitur
media. his incūbit perſeueratqꝫ. Indubie ſub definitione
manens predeſtinatorū ſaluabitur. ſin vero. ab inſequen
dis defecerit medijs: indubie a ſalute d̄ficiet: ac ex p̄deſti‑
nato: preſcitus nūcupabitur. quod tamen: qꝛ et id deus p̄
ſcit: nō adimit predeſtinationē diuine certitudinē ⁊ infal
libilitatē: Eſt ergo certiſſima infallibiliſqꝫ penes deū alli
gationis et potentie predeſtinatio reprobatioqꝫ gemina
quidem certitudine: vtpote preſcientie ⁊ euenientie. Alte
ra vero vicꝫ conditionis predeſtinatio preſcientie certitu
dine certiſſima. euenientie vero īcerta fallibiliſqꝫ. quo ſic
ſub dei certiſſima infallibiliqꝫ preſcientia libero arbitrio
aſſequende ſalutis relicta cernatur poteſtas ⁊ ꝯtingētia.

¶ Sed cur non cunctos potius oīpotens: alligationis et potentie pꝛedeſtinauit pꝛedeſtinatione: qua ſic omnes vel inuiti ſaluarentur. quoꝛū reliquū plurimi periclitantur. Conditionis dūtaxat definitione pꝛedeſtinati id diſſoluturus dicito. Illud (pꝛeter diuinā volūtatē: placitūqꝫ ſuū) nō habere meritoꝛiā: de condigno: et cām iuſtitie: tametſi deſint rationes congruitatis et decētie. quas vbi notas haberemus: liquido noſceremus. qꝛ abſqꝫ perſonarū acceptione: citra cuiuſqꝫ iniuriā iuſtus eſt dn̄s ⁊ rectū iuditiū eius. Verū has nequidem inquirere phas eſt. dicente poſt pauli monita Auguſtino. Qꝛ ſi adhuc animoſitati tue. qua contentionis curru raptus per queſtionū cāpos. inanis offerrereris. Hec minime reſponſa ſufficiunt Audi et alia que de altitudine diuinoꝛuꝫ ſapiē et ſciē dei expaueſcentes: incompꝛehenſibilia iuditia eius: ⁊ inueſtigabiles vias eius ſolā tantū fidei conſideratione pꝛoferimus. Quia ſi ſcrutari voluerimus ſecretū dei: quod iuſtitie ipſius ſolius notū eſt: cōpꝛehendere nō valemus: ⁊ impletur in nobis quod ſcriptū eſt. Defecerūt ſcrutātes ſcrutinio. Et infra. quibus quid aliud inſinuauerit q̄ꝫ cū inꝯpꝛehenſibilia ſunt dei iuditia. His nos ipſos ſubmittere q̄ꝫ hec inquirere ſatius extet. certo certius tenentes. quia cū ſit pientiſſimus. in nullū eſt cruentus: vt in eius igne delectetur. Et cū ſit iuſtiſſimus. nil ſinat boni irremuneratū multus eſt ad miſerendū. Pꝛoinde quiſquis velit vitam ingredi: nulla ſuffectus pꝛedeſtinatione: nec deterritus repꝛobatione: vires experiatur ſuas: ac de deo cōfiſus quod poteſt faciat. Nam vti facienti quod in ſe eſt: conceditur gratia infallibiliter. quo mandata ad mandantis ītentionē perficiuntur. Ita ſub eadē gratia bene merenti gloꝛia cōcedetur certitudinaliter. Deum ergo time. ⁊ mādata eius obſerua hoc eſt omnis homo.

Tantūdem aſſertū ſit: quautū fides
catholica perfert: fideſqꝫ apoſtolica
probat.

## Ad deũ optimũ maximũ: Supplicatio.

Nil me vana mouet perituri gloria mundi
Quum reputo ſuperi: dona futura throni.
Nil me magna tenent ſpacioſaq; regna potentũ:
Quum video varias rebus ineſſe vires
Nil me blanda capit cito tranſitura voluptas:
Quum fugio penas tartareamq; luem.
Sed pater omnipotens: & inenarrabile verbum.
Spiritus alme ſimul: tu mihi cura deus.
Qui mare: qui terras: qui celũ & cũcta gubernas
Solus ab eterno cuncta futura vides
Omnia: tu quoniam ſtatus diuina poteſtas
Omnia pro nutu ſtantq; caduntq; tuo.
Affer opem miſeris pereant ne morte ſecunda:
Qui te non ficta relligione colunt.
Aſpice mortali nos conditione creatos:
Fac precor: humanũ ſcandat ad aſtra genus.
Iuſtitia noſtram: ſi vis perpendere vitam
Reperies fateor: crimen & omne nephas
Sed quia tu clemens placidusq; diceris: ergo
Te petimus populi rex miſerere tui.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0109-5



virentem et afferentem semen
iuxta genus suum · lignum
que faciens fructum · et habens
unumquodque sementem secundum spe
ciem suam · Et vidit deus quod es
set bonum · Factumque est ves
pere et mane dies tercius · Dix
it autem deus · Fiant luminaria
in firmamento celi · et dividant
diem ac noctem · et sint in signa
et tempora et dies et annos; ut lu
ceant in firmamento celi et illu
minent terram · Et factum est ita · Fecit
que deus duo magna luminaria
luminare maius ut preesset diei
et luminare minus ut preesset noc
ti; et stellas · et posuit eas
in firmamento celi ut lucerent
super terram · et preessent diei ac
nocti · et dividerent lucem ac
tenebras · Et vidit deus quod
esset bonum · Et factum est vespe
et mane dies quartus · Dixit

etiam deus · Producant aque rep
tile anime viventis et volati
le super terram sub firmamento ce
li · Creavitque deus cete gran
dia et omnem animam viventem
atque motabilem quam produxe
rant aque in species suas ·
et omne volatile secundum genus
suum · Et vidit deus quod esset
bonum; benedixitque eis dicens
Crescite et multiplicamini et
replete aquas maris; aves
que multiplicentur super terram · Et
factum est vespe et mane dies
quintus · Dixit quoque deus · Producat
terra animam viventem in ge
nere suo · iumenta et repti
lia et bestias terre secundum spe
cies suas · Factumque est ita ·
Et fecit deus bestias terre
secundum species suas · et iumen
ta et omne reptile terre in genere
suo · Et vidit deus quod esset bonum ·

et qui potestatem habent super eos be
nefici vocantur · Vos autem
non sic · Sed qui maior est
in vobis fiat sicut iunior ·
et qui precessor est sicut minis
trator · Nam quis maior est
qui recumbit an qui ministrat
Nonne qui recumbit · Ego
autem in medio vestrum sum sicut
qui ministrat · Vos autem estis
qui permansistis mecum in
temptationibus meis · Et ego
dispono vobis sicut dispo
suit michi pater meus regnum ·
ut edatis et bibatis super
mensam meam in regno meo
et sedeatis super thronos
iudicantes duodecim tribus
israel · Ait autem dominus Symo
ni · Symon · ecce sathanas
expetivit vos ut cribra
ret sicut triticum · Ego autem
rogavi pro te · ut non defi

ciat fides t
guis · conf
dixit ei · Do
sum et in car
ire · Et ille d
petrus · non c
gallus donec t
nosse me · E
Quando misi
lo et pera et c
numquid aliquid def
illi dixerunt · N
eis · Sed nunc
lum tollat sim
qui non habet · ve
suam et emat
enim vobis · qu
quod scriptum est o
me · et quod cu
tatum est · Et cu
me finem ha
erunt · Domine
duo hic · At

hominis sedens a dextris virtutis
dea · et incipiens a galilea
tentationibus · ... 
dixit potius ...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0112-8

# De predeſtinatione et preſcientia diuina: quid ſentiēdū? quidue ad vulgus predicandū? & concordantia p̄dicantiū: de his nonnunq̄: diuerſa aduerſaq; contionantium.

Libri Tres.

## Primus.

De triplici predeſtinatiōis repbationiſq; definitione: de effectib9 eoꝝ: de cauſiſq; cur hos p̄deſtinet: his repbatis: ſi q̄s habeāt? An de hoc ad vulg9 ꝛ quomō p̄dicādū? deq; diui Auguſtini ſuper hoc veriſſima ſed ſublimi ſententia: cum alijs concordanda.

## Secundus.

Quō diui Hieronimi: Auguſtiniq; interpretamēto: ad romanos epl'a: vbi de p̄deſtinatiōe agit? ſit intelligēda? Sitne immutabilis p̄deſtinatio? nūeruſq; p̄deſtinatoꝝ cert9 ne dū quot ſūt? ſed qui ad gloriā predeſtinati.

## Tertius.

De ſedecī execroſis plaſphemiſq; aſſertiōib9: i hac p̄deſtinatiōis repbatiōiſq; materia: diuo Auguſtio (veluti ex libris ei9 decerpte eſſēt) A pelagianis obiectis: ab Auguſtīo diſſolutis: ꝛ huc ob lipidiorē dictoꝝ intellectū: accerſitis.

Ad Lectorem. C. W. de fagis.

Quamq̄ archana dei & celos inquirere quid ſint
Maximus ille Catho ſacraq; ſcripta vetent
Noſſe tamen preſtat: deus: vt p̄deſtinet: omnes
Vel reprobet: merito & conditione pares
Quo ſic venturi meditando vindicis iras
Speres & timeas mortis inire vias
Hos igitur legites terſa breuitate libellos
Diſpeream: ſi non: quod tibi: proſit: habent.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112366-p0113-4